esse imutabilē.qꝛ sp idem est. nec aliqn̄ mutatˀ. ¶Partes fortitudinis ꝭ Tulliū sunt quattuoꝛ. Magnificentia fiducia. ¶Patientia.⁊ ¶Perseuerātia. Magnificētia ꝭm eūdem est magnaꝝ ⁊ excelsaꝝ rerū cū ampla q̄dam animi ꝓpositione cogitatio atqꝫ ministratio. Fiduciaꝫ est vtus p quā in magnis ⁊ honestis rebus multuꝫ in se aīus ex spe certa fiducie collocatˀ. ¶Patientia est honestatis ⁊ vtilitatis cā reruꝫ arduarū atqꝫ difficiliū volūtaria ⁊ diuturna ꝑpessio. ¶Perseuerātia est virtus in rōne bn̄ cōsiderata stabilis ⁊ ꝑpetua ꝑmāsio. Multi sunt effectus fortitudinis. ¶Primus est qꝛ de hostibus triumphat. Mat.4. Uir fortissimus. Scd̄us qꝛ hoi sua bona cōseruat Luce. Cū fortis armatus ⁊c. Tertiꝰ qꝛ durat. puer. Manus fortis diuitias parat. Quartus qꝛ regnū celoꝝ expugnat. Mat. regnū celoꝝ vim patiˀ. Quintus qꝛ ornat ꝓuer. Fortitudo ⁊ decoꝛ indumentū eius. Sextus qꝛ in extremis asse curat. ꝓuer. Leo fortissimꝰ bestiaꝝ a nullius pauet occursu. Septima qꝛ remunerationeꝫ expectat. ꝓuer. Mulierē fortē qs inueniet ⁊c. Fortitudo cōsistit in qnqꝫ.s.in aggressione arduoꝝ.p̄s. Uiriliˀ agite ⁊ cōfortetˀ coꝛ vestrū. In cōtemptu terrenoꝝ. Hebꝛe. Moyses negauit se esse filiuꝫ ¶Pharaonis. ⁊c. In sustinētia tribulationū. Cant. fortus est vt moꝛs dilectio. In resistentia tentationū. Apo. ¶Nō coronabiˀ nisi q legitime certauerit In impugnatione vitioꝝ. Job. Malitia est vita hois sup terrā. Multa iuuāt fortitudinē. ¶Primū ē exhortatio prudētū Un̄ legitur de Juda Machabeo. ꝙ armauit socios nō clypei vl' haste munitione, sed ꝭmonibus optimis.2. exēplum robstoꝝ. Un̄ legiˀ de Eleazaro ꝙ elegit fortiter moꝛi ꝓ p̄rnis legibus. exēplū vtutis ⁊ fortitudinis posteris relinquens 3.exercitatio i pugnis. vn̄ legiˀ in Josue ꝙ dn̄s n̄ dleuit hostes filioꝝ Jsrael stati oēs.ꝫ religt aliquos vt hērent ꝯsuetudinē p̄liādi.4.est spes remuneratōis.2.paralip. Cōfortetˀ manus vr̄e. ⁊ nō dissoluātur ē.n.merces opi vestro.5.hostiū debilitas. Hre. Debilis est hostis q nō pt vincere nisi volētē.6.oronis adiutoriuꝫ. Exo. Cū eleuaret manus Moyses vincebāt filii israel.7.armoꝝ sp̄ualiū appatꝰ vn̄ Sāson vincebat philisteos i mādibula asini.i. tēpātia ⁊ simplicitate.8.memoria dn̄ice passionis qd̄ signatū ē i dauid q ꝯtra Goliā venit i bacculo ⁊ fūda 9.cibꝰ sp̄ualis.p̄s. ¶Panis coꝛ hois confirmat.3.Reg. Ambuluit Helyas i foꝛtitudine cibi illiꝰ ⁊c. vn̄ ⁊ petrus potatꝰ sp̄ū sci gr̄a ꝯfortatus est dicēs. Oꝫ deo obedire magis q̄ȝ hoibꝰ. Jdē vo Apo. ante talem ꝯfortationem dixit. Nescio hominem hunc.

De iusticia politica.

Capl'm. 37

Iusticie politice ꝭm macrobiū est ꝭuare vnicuiqꝫ qd̄ suū ē. Justicie purgatoꝛie ꝭm eūdē est ad vnā cuiusqꝫ ꝓpositi viā vniuscuiusqꝫ vtutis offin̄ cōseruare. Justicie āt purgati animi est ita cū supna mente sociari vt seruet cū ea fedus ꝑpetuū imitādo. Justicie exēplaris ē ꝙ penni lege sēpiterna opis sui ꝯtinuatōe nō flectiˀ. ¶Partes iusticie ꝭ Tulliū sūt sex.s.religio. pietas. gr̄a vīdicatio. obseruātia vitas. Religio ꝭm eundē Tulliū est vtus q̄ supioꝛis cuiusdā nāe quaꝫ dīnaꝫ vocāt curā cerimoniāqꝫ affert. pietas est p quā cōiunctis sanguie beniuolētie offīū ⁊ beniuolēs tribuiˀ cultꝰ. Gr̄a est in q̄ amicitiaꝝ ⁊ officioꝝ alterius memoria.⁊ remunerādi volūtas cōtinetˀ. Uindicatio est p quā vis ⁊ iniuria. ⁊ oē qd̄ obscurū est defendēdo atqꝫ vlciscendo ꝓpulsatˀ. Obseruātia est vtus p quā hoīes aliq̄ dignitate āncedētes cultu quodā ⁊ honoꝛe dignantˀ. Ueritas est vtus p quā imitatˀ ea que sunt. aut fuerūt. aut futura dicuntur. ¶Nota ꝙ iusticia nō taꝫ est virtus specialis q̄ȝ generalis vt habes supra de vtutibus cardinalibꝰ in genere. Justicia vt dicitur in libro sapientie est perpetua multiplici ratione. ꝑma

qꝛ ꝑpetuat aīaȝ stabiliēdo eā in debito lo
co.s.sub dō ⁊ supra corporales creaturas
2. qꝛ manebit in pr̄ia ꝓm essentiā ⁊ vsuȝ
Alie aūt virtutes cardinales ⁊ si maneant
in pr̄ia ꝓm eēntiā.nō tn̄ ꝓm oēȝ visum.
Tēꝑantia.n̄.nō refrenabit mot⁹ illicitos
prudētia n̄ canebit ab insidiis . Fortitudo
nō aggrediet̄ terribilia. Justitia ꝑuertit̄
tripliciter.s.amore persone.vel pecunie.
Jsa. Ue h̄ q iustificatis impiū ꝓ munere
Timore. Euāgeliuȝ. Nolite timere eos
q occidunt corpus. Rācore. Jdē sciēs ꝙ
ꝑ inuidiam tradidissent euȝ. Plura mo
uent ad rectitudinē iustitie primū ē recti/
tudo humani corpis.qꝛ incedēs valde in
recto corꝑe currū habere aiuȝ.scdȝ ē na
turalis iuclinatio.qꝛ vt ait Aug. Justitia
est in corde hois naturaliter.tertiuȝ quia
bruta animalia docent multa q̄ pertinēt
ad iustitiā vt est inocētia.cōcordia. ⁊ hō
4.est scriptura Ecc. Usq; ad mortē cer
ta ꝓ iustitia. Effect⁹ iustitie ē quia beati
ficat. Math.5. Beati q esuriūt ⁊ sitiunt
iustitiā.petrus. Si qd patimini propter
iustitiā b ti.quia exaltat. Ecc. Qui opat̄
iusticiaȝ exaltabat̄.qa appetitū cōcupi/
scentie refrenat. Jsa. Erit iustitia cingu/
lum lūborū eius qꝛ locū deo ꝑparat.p̄s.
Justitia ⁊ iudiciū ꝑparatio sedis tue.qꝛ
a morte eterna liberat.puer. Justicia ve
ro liberabit a morte. Qꝛ coronat. Thi/
mo. Reposita est mihi corona iusticie.
Qꝛ remunerat.p̄s. Retribuet mihi do
minus ꝓm iusticiam meā. Justicia cōsi/
stit in fide Apo. Credidit Abrahā deo ⁊
reputatū est ei ad iusticiā. Jtem in orōne
p̄s. Clamauerūt iusti.⁊ do.ex.e. Jn scā
meditatiōe. Ecc. Beati vir.q ī sapientia
morabit̄.⁊ in iustitia meditabit̄. Jn hu/
miliatiōe. Math. Sic decet nos iplere
oēȝ iustitiā. Glo. Perfecta iustitia ē sub
dere se minori. Jn eruditione.prouer.
Semināti iusticiaȝ merces fidelis.

De donis in cōi. Capl̄. 38.

Licet oēs habit⁹ dati diuinit⁹ pos/
sint dici general'r dona dei. Spā
liter tn̄ ⁊ appropriate septeȝ sunt
donā spūs scī q̄ ꝑ ordinē Jsa. vndecim
enumerat a sūmo icipiēs vsȝ ad vltimū
descēdēdo. Septē igit̄ sūt dona multi/
plici rōe.primo vt ꝑ hec septē expellant̄
vitia septē.s. vt timor expellat supbiam
Pietas inuidiā. Sciētia irā q̄ est quasi q̄
dā isania. Fortitudo accidiā. Cōsiliū aua
ritiā.itellectus gulā. Sapientia luxuriaȝ
2.dñr eē septē dona ꝑꝑ expediēdas vires
naturales. Nā irascibilis indiget expedi
ri tā in prosperis ꝙ; aduersis.in ꝓsperis
qdeȝ timorē.in aduersis aūt ꝑ fortitudinē
Cōcupiscibilis idiget expediri quātū ad
affectū respectu ꝓximi.qd fit ꝑ pietateȝ
⁊ quātū ad effectū respectu dei qd fit ꝑ
gustū sapie. Rōnalis vero indiget expe
diri in veritatis speculatiōe.qd fit ꝑ do/
nū intellectus.⁊ in veri electiōe.qd fit ꝑ
cōsiliū.atq; in electi executiōe.quod fit ꝑ
sciam.ꝑ hāc.n.cōuersamur ī medio na
tiōis praue ⁊ ꝑuerse.3.dñr esse septē do
na ꝑꝑ regimen actiue.⁊ cōtēplatiue vite
Cōtemplatiua si qdeȝ tria dona dȝ hr̄e
.s.timorem ad reuerentiā maiestatis. Jn
tellectū ad intelligentiā veritatis. Sapiē
tiam ad gustū bonitatis. Actiua vero hȝ
pietatem ad agēdū.fortitudinē ad susti/
nendū.sciam ad discretiōeȝ pietatis. cō
siliū ad discretōeȝ fortitudinis. Pluri/
ma ergo dona sūt ad itellectū spectantia
qꝛ lux cognitōis multū valet ad recte vi
uēdū. Propter eādē cām fit donoꝝ ob/
uiatio. vbi quasi sꝑ adiungit̄ vnuȝ direc/
tiuū cū alio.qd spectat ad actiōem vel
passionem. Uñ Grego. super Ezechi.
dicit ꝙ sum⁹ ꝑ sapiaȝ maturi.ꝑ intelle/
ctū ꝓuidi.ꝑ cōsiliū cauti.ꝑ fortitudinem
aiosi.ꝑ scientiā discreti.ꝑ pietatē miseri/
cordes ꝑ timorē humiles.

Capl'm. 39.

De timore in cōi.

Timor ē vt ait Aug. fuga mali. Spe
cies timoris sūt sex.prim⁹ ē natu
ralis quo qlibȝ nāl'r timet nocumētum
nature. Jste nō est meritorius neq; de/
meritorius.qꝛ nō subiacet libero arbi/
trio.⁊ dr̄ naturalis nō a natura institu/

tã. ſʒ deſtituta. qꝛ iſte timoꝛ ē ꝑ peccato
primoꝝ parẽtũ īflictus. hoc timore xp̃s
naturaliter moꝛi timuit. Secũdus eſt ti/
moꝛ humanus quo qs nimis timet pel/
li ſue. Iſte timoꝛ naſcit̃ ex nimio amore
p̃ntis vite. ⁊ ē qñqȝ moꝛtalis actus eiuſ
.i. cũ prius qs peccaret moꝛtalit̃ q̃ȝ amit
teret vitã ſuã. qñqȝ eſt venialis. vt cum
quis faceret p̃us pctm̃ veniale. q̃ȝ ꝑmit/
teret ſe occidi. Tertius eſt timoꝛ mũda/
nus quo qs nimis ſuis reb⁹ inhereret Hic
naſcit̃ ex nimio amoꝛe rerũ tꝑaliũ. ⁊ eſt
qñqȝ moꝛtalis qñqȝ venialis penitus eo
dē mõ quo dictũ ē de humano. Quart⁹
eſt timoꝛ ſuilis quo qs timet peccare pri
cipaliter ꝑꝑ penã. Quintus eſt timoꝛ ini
tialis quo timet qs penã ⁊ dei offenſam
Unde q̃ſi duos hȝ oculos. vnũ ad penã
aliũ ad deũ. ⁊ hic ē principalioꝛ. Sextus
eſt timoꝛ filialis quo qs timet offẽſaȝ dei
vel ſeꝑationē a deo. Numerus p̃dctoꝝ
timoꝝ ſic accipit̃. Aliqs timoꝛ eſt a ſpiri/
tu ſcõ ⁊ cũ ſpũ ſcõ. ſicut timoꝛ initialis ⁊
filialis aliqs a ſpũ ſcõ. ē ⁊ nõ cũ ſpũ ſcõ ē
ſicut timoꝛ ſuilis. Aliqs ē cũ ſpũ ſcõ. ⁊ ñ
a ſpũ ſcõ. ſicut timoꝛ naturalis. Aliquis
nec a ſpũ ſancto. nec cũ ſpũ ſcõ. ſic timoꝛ
humanus ⁊ mũdanus. quos nec ſpirit⁹
ſci gr̃a ſecũ cõpatit̃. nec ꝑ ſpm̃ ſcm̃ dan/
tur. Eſt adhuc alius timoꝛ reuerẽtie q ſo
lus īter timoꝛes erit ī p̃ria. ſicut dicit p̃s.
Timoꝛ dñi ſcũs ꝑmanet ī ſeculũ ſeculi.
Reuerẽtia vero eſt reſilitio a cõſiderata
magnitudine dei in ꝓpriã ꝑuitateȝ. Ti/
moꝛ dñi multa bona facit. Primo qa ex
pellit pctm̃. prouer. Timoꝛ dñi expellit
pctm̃ Sapientiã gignit. Ecc. p̃mo. Qui
timet nihil negligit. Mẽtē ſtabilit. ꝓuer.
Niſi ī timoꝛe dñi tenueris te inſtant̃ cito
ſubuertet̃ dom⁹ tua. Sp̃ualit̃ ditat p̃s.
Nõ eſt īopia timẽtib⁹ eũ. Bona oꝑa cu
mulat. Ecc. Qui timet deũ faciet bona.
Coꝛ delectat. Ecc. Timoꝛ dñi delectat
coꝛ. Uitaȝ ꝓlogat. Ecc. Timoꝛ dñi ap/
ponit vitã. Deuotionē irrigat. Ecc. Ti/
moꝛ dñi fons vite. Eternaliter remune/
rat. Ecc. Timẽti deũ bñ erit in extremiſ

De timoꝛe ſuili. Capi 40

Timoꝛ ſuilis donũ ſp̃us ſci ē. nõ
tñ ē cũ ſpũ ſcõ. ſicut auroꝛa cũ ſo
le eſt. Timoꝛ ſuilis ſpũi ſcõ locũ
p̃parat. vt eũ ſicut ſeta filũ introducat.
Seta filũ introducẽdo ip̃m p̃cedit. nõ tñ
cũ ipſo ꝑmanet. ſicut ait Aug. Timoꝛ ſ/
uilis ē bonũ quo nemo bñ vtit̃. qꝛ lȝ ha/
bitus timoꝛis ſuilis bonus ſit ī ſe ſm ꝙ
donũ ſp̃us ſci eſt. tñ ei⁹ act⁹ qñqȝ pctm̃
ē Timoꝛ itaqȝ ſuilis duo facit. Primũ
ē ꝙ p̃parat viã charitati. Scðȝ eſt ꝙ tra
hit a pctõ metu pene tm̃. Rõe primi bo
n⁹ eſt. ſȝ rõe ſecũdi diſtiguit̃. Uñ notan
dũ ē ꝙ vſus timoꝛis ſuiliſ duplex ē. ſ. cũ
qs vtit̃ eſſẽtia habitus tm̃. vel cũ qs vti/
tur ſuilitate. Primo mõ vſus eius bo/
n⁹ eſt. Nã ille ē abhoꝛreri penas eternaſ
qð bonũ ē. cũ ſit ẽt ī timoꝛe initiali. Se/
cũdo mõ vſus ei⁹ malus eſt qꝛ vſus ei⁹
eſt vitare malũ ex coactiõe ꝑ penã. cuiuſ
tñ affect⁹ habet̃ in volũtate ⁊ ſeqneret̃
effect⁹ ſi ſparet̃ īpunitas. vt ait Aug. Et
intelligit̃ dictũ eius q ait ꝙ timoꝛ ſuilis
bonus eſt. nõ tñ q timet ſeruiliter bene
agit. qꝛ agere bonũ ē ex volũtate ſci. ſed
agere bñ. i. meritoꝛie ē ex volũtate agen/
tis q agit ex virtute charitatis ⁊ gratie.
De timoꝛe initiali.

Caplm. 41.

Timor initialis ideo ſic dcm̃ ē. qꝛ
eſt icipiẽtiũ p̃mo penitere. Unde
iſa. Dñe a timoꝛe tuo cõcepimus
⁊ ꝑpim⁹ ſpũm ſalutis Qui adhuc ſunt
in anguſtia ꝑ peccato qð cõmiſerũt. ſed
anguſtia hec foꝛas mittit̃ quãdo cõſciẽ/
tia ſerenatur ad plenum. qꝛ ꝑfecta chari/
tas foras mittit timoꝛem initialeȝ inquã
tum habet oculum ad penã. Timoꝛ eniȝ
initialis hȝ duos oculos. vnũ ad gloꝛiã q
eſt ei eẽntialis. alterũ ad penã q ē ei acci/
dẽtalis. ſȝ timoꝛi ſuili eẽntialis Preterea
timoꝛ initialis abſtinet a pctõ veniali ꝓ
pter penã purgatoꝛii ī quo caſu põt cõ/
uenire cũ ꝑfecto q ẽt timet penã purga/
toꝛii inq̃ȝtũ eſt dilatiua gloꝛie. ſiue ſeꝑati/
ua ad tp̃s. Duplex eſt amoꝛ. ſ. filial' quo

deũ diligim⁹ ꝑpter se tm̃ ⁊ mercenari⁹ quo nõ diligim⁹ principaliter. ꝫ scđario habito respectu ad mercedē. Huic duplici amori rñdet duplex timor.s. initialis ⁊ filialis. Nã filialis timor rñdet amori filiali. initialis vero respondet amori mercenario.

De timore filiali.

Caplm. 42.

Timor filialis ꝓprie timet offēdere deũ qui ⁊ si ꝑꝑ pctm̃ nõ separet̃ a deo. tñ a pctõ abstineret nec ipꝫ offēderet ⁊ in hoc timor sepatiõis filial' differt ab initiali q ꝓprie est timor sepatiõis. qui ꝓpter cõsciētiã peccati timet separi a deo Timor vero filialis tãtũ modo timet offēdere deũ. Alia ē dr̃ia q: timor initialis est ĩpfectorꝫ. ꝫ filialis ꝑfectorꝫ. 3. ē dr̃ia q: cũ i tiore pene sint duo.s. punctio ⁊ cautela. ipsa pũctio ꝑtinet ad timorē initialeꝫ talis. n. pũctio ē ex cõscia peccati de quo nescit an sit dimissũ. Cautela vero ꝑtinet ad timorē filialē. sicut. n. ꝑfect⁹ cauet peccatũ quo ad deũ offēdit ita ꝑ ꝯñs cauet penã. ꝫ tñ ꝑ accñs. Timor etiaꝫ filialis dicit̃ sanctus ⁊ castus.

De dono pietatis. Cap. 43.

Donũ pietatis ĩ tribus cõsistit.s. in cultu dei in veneratiõe sacre scripture ⁊ in ꝓximi honore Cultus dei cõsistit i ꝓfessiõe diue maiestatis. ⁊ hoc ē theosobia. Ueneratio sacre scripture cõsistit in hoc vt ei firmiter credat̃. vt sollicite custodiat̃ ⁊ fideliter dispēsetur. Honor ꝓximi ꝯsistit in reuerētia supiorꝫ ĩ ꝯformitate eq̃liũ. ⁊ i subuētiõe iferiorꝫ.

De dono scie.

Caplm. 44.

Sciētie donũ similē actũ hꝫ cũ prudētia. q: ē virt⁹ politica. ꝫ differt ĩ rõe agēdi. Prudētia. n. ꝓcedit ex principiis iuris nãlis. Scie võ donũ ex principiis fidei. Proprius actus scie doni ē docere recte ꝯuersari i medio natiõis ꝑue ⁊ ꝑuerse. Ad' qđ regrũt̃ tria Primũ ē ꝙ hēat rões qb⁹ se defēdat ab ĩpugnãtib⁹ fidē suã. Scđꝫ ē ꝙ a malo abstineat Tertiũ ꝙ bñ ⁊ prudēt̃ tpalia ãministret Preterea scie doni ē dirigē opa ad normã rõis ⁊ ad cõfirmitatē dei. Itē ꝑ scie donũ scit̃ ne sub spē boni malum lateat. Itē donũ scie regit pietatē ꝑꝑ qđ ēt hec duo cõbinant̃. Itē ꝑ donuꝫ scie scit hõ qd sit. ⁊ a quo sit. ⁊ ad qd sit. Scie donũ ē scia faciēdorꝫ ⁊ iõ rõe scie ꝯsistit i cognitõe ꝫ ꝙ̃ ñ ē vt⁹ ꝫ rõe faciēdorꝫ ꝯsistit in opatiõe. ⁊ ꝭm hoc est virtus.

De dono ꝯsilii. Caplm. 45.

Consiliũ sumit̃ trib⁹ modis. qñqꝫ dr̃ cõsiliũ deliberatio de reb⁹ valētib⁹ ad finē ad quē tēdim⁹. ⁊ tale cõsilium ꝑtinet ad prudētiam. vel idem est ꝙ prudentia. quandoqꝫ dicitur consiliũ ꝑsuasio rerꝫ excellētiũ ad q̃s nõ tenemur ꝭm qđ dr̃ hoc eē cõsiliũ. Si vis ꝑfectus eē. vade ⁊ vende ⁊c. qñqꝫ dicitur consilium prudētia exercitatiua cõtemplatiuorũ ⁊ actiuorũ donorum. ⁊ deliberatio de operibus arduis. siue teneamur ad ea. siue nõ. ⁊ ꝭm hoc similit̃ cõsiliũ donũ. Nota ꝙ sicut ad scientie donuꝫ ꝑtinet reprobare malum ⁊ eligere bonũ. ita ꝑtinet ad cõsiliũ cauere pericula que sunt in hoc exilio. Iteꝫ sicut scientie donũ hꝫ regere pietatē ita donũ cõsilii habet regē fortitudinē In h aũt differũt cõsiliũ ⁊ scia. q: scia ē circa bonuꝫ ⁊ malũ. ꝫ cõsiliũ est circa difficile ⁊ arduũ

De dono sapiē ⁊ intellectus.

Caplm. 46.

Sapiētia ⁊ intellectus differũt. q: sapia ē cognitio dei absolute intellect⁹ võ collatiue.s. in ꝯpatiõe ad creaturas. Itē alia dr̃ia. q: intellectu cognoscit̃ deus ꝑ illuminatiõeꝫ de auditis in scriptura. sapientia autem cognoscit̃ experimēto Item per itellicetum deum cognoscimus. per sapientiam dulcedinē eius gustamus. Unde sapientia dicitur quasi sapore virtutum condita scientia. Item sicut dicit Gre. per intellectuꝫ sumus ꝓuidi per sapientiaꝫ maturi.

De beatitudinibus in genere.

Cap. 47.

b Eatitudies sut septē ꝑm distinctio
nes graduum q̄uis sint octo ꝑm
essentiā q̄s saluator enumerat in
sermone de mōte.s.pauptas spūs.miti
tas luctus esuries iusticie misericordia.
mūditia cordis.pax quaꝝ beatitudinuꝫ
numerus accipitur ꝑm integritatē perfe
ctionis.Requirunt ad integritatē pfectio
nis tria.s.recessus a malo. ꝓcessus i bo
no.⁊ pfectus status in optimo.Sane āt
omne malum ꝓcedit ex tumore supbie.
aut ex rācore malitie.aut ex langore cōcu
piscētie.Contra hec tria sunt tres beati
tudines.s.pauptas spūs cōtra malū tu
moris.mittas cōtra malū rācoris. luct⁹
cōtra malū libidinis.Item pfectus attē
dit ꝑm mutationē que est ꝑm duas vias
dñi.s.misericordiā.⁊ veritatē. de qbus
in ps.Uniuerse vie dñi ⁊ vitas.Itē ꝑm
has duas vias sumūt due beatitudines
.s.esuries iusticie.⁊ affectus misericordie
preterea status in optimo atēditur duo
bus modis .s.in limpida cognitōe ⁊ trā
quilla affectione.⁊ ꝑꝫ hoc sumūtur due
vltime beatitudines.s. mundicia cordis
ad deū vidēdum ⁊ pax mētis ad pfecte
fruendū.p has septē beatitudines exclu
dunt septē capitalia vitia.pauptas spūs
excludit supbiā. Māsuetudo irā.Luct⁹
inuidiā.qm̄ qui luget ꝓ peccatis alioꝝ
nō inuidet illis.Esuries iusticie accidiaꝫ
Misericordia auaritiā. Mūditia cordis
gulā.q: cordis mūditia nō fuit vētri ad
modū bruti aīalis.Pax ex cludit luxuri
am. q: gustato spū desipit oīs caro.Et
sicut in enumeratōe donoꝝ est ordo arti
ficialis quo primo ponūtur digniora. ita
in beatitudinibus est ordo naturalis vbi
digniores ponūtur vltimo.

De prima beatitudine. Cap. 48

p Auptas spūs ponit hic ꝓ absti
nētia ab amore mūdi.i. ab amo
re carnaliū voluptatū ⁊ delitiaꝝ
ac ꝓprie excellētie.Hec tria cōplectitur
amor mūdi.Unde dr̄ sup Lucā. Pau
peres sūt qui nō querūt illecebrosa. Su
per Mat. Ore.Pauperes spū sūt hu
miles ⁊ timentes deum.Alia glosa dicit
ꝙ pauperes sūt qui nihil habent ⁊ om
nia possident.

De secunda beatitudine.
Caplm. 49

m Itis est sicut dicit Arist.q nec pa
tit.nec deducit. Est aūt mititas
eadem cū mansuetudine.habet enim in
glo.super Math.quā māsuetus est qui
nullam amaritudinē sentit ex quo pꝫ ꝙ
māsuetudo est idem qd̄ patientia aliquo
modo differūt tñ māsuetudo. ⁊ patiētia
qm̄ patiētia est in sustinētia molestiarum
corporalium. mansuetudo in sustinentia
contumeliarum.

De tertia. Cap. 50

l Uctus est lugere ꝓ peccato ⁊ ip
sum odire ita ꝙ insurgamus ad
destructionem ipsius.Lugere āt
de malo.vt fugiamus ipsuꝫ. inquātum
auertit ab amico.sic lugere est solius cha
ritatis.Lugere aūt de quolibet malo spe
ciali est cuiuslibet virtutis.Quelibet eniꝫ
virtus luget de suo contrario.

De quarta. Cap. 51

e Suries iusticie est vehemēs desi
deriū iusticie siue sūmi boni. Esu
ries aliarū virtutum cardinaliuꝫ
q: ꝑ iniustitiā imediate ꝯiūgimur deo ꝙ
nō fit ꝑ alias virtutes cardinales . Iusti
tia enim ꝓut hic sumit ꝯprehendit fideꝫ
speꝫ.caritatē.q̄ imediate ꝯiūgūt nos dō

De quinta. Cap. 53

m Isericordia est ꝑ quam ꝓ terre
nis celestia meremur Opera mie
sūt.14.s.septem corpalia.⁊ septē
spūlia.Corporalia sūt hec.Uisitatio infir
moꝝ.potatio sitientiū.redēptio captiuo
ruꝫ.vestio nudoꝝ.collectio pegrinoꝝ. se
pultura mortuoꝝ.Prima sex ð istis ha
bemus in euāgelio.septimam de thob.
Opera spūalia sūt hec.delinquēti igno
scere.peccātem corripere.ignorātem do
cere.titubanti consulere.mestuꝫ cōsolaꝛ
pro salute proximi exorare.iniurias susti
nere.Et hoc vltimum propterea dicitur
opus mie.q: respōsio mollis ⁊ humilis

frangit iram. ⁊ hoc piuм est. s. furorem irati mitigare.

De sexta. Cap. 53

Undítia cordis ē q̄ clarificat cor ⁊ mūdat ad vidēdū deū. ⁊ ardētissime diligēdū. Accipit āt munditia cordis hic nō p̄ virtute sed pro statu quodā qui est purgati animi.

De septima. Cap. 54

Ax est status v̄tutis in quo est delectatio in deo sine cōtraditōe carnis mūdi ⁊ diaboli. vl' si aliqua ē in efficax est. Unū pz q̄ pax status animi purgatissimi. Pacificis āt magis attribuit esse filios dei q̄3 aliis. q2 lz misericordia maxime assimilet hoīe3 deo q̄tu3 ad opera exteriora. tn̄ q̄tu3 ad interiora magis assimilat pax.

De octaua. Cap. 55

Ctaua beatitudo est de q̄ dr̄ beati q̄ p̄secutionē patiūtur pp iustitiā. q2 ipsorum est regnū celorum. Hec v̄tus. s. sustinētia p̄secutionū pp iustitia3 ānexa est paci. Cū. n. pacific⁹ sit absq3 cōtradictione carnis mūdi ⁊ diaboli. pz q̄ idē paratus est superare tētatōe3 mortis p̄ xp̄o in eodē gradu est cū pace. pp hoc dicimus q̄ octo sūt beatitudines quātū ad eēntiā. sed tm̄ septē q̄tū ad distinctionē graduū. qm̄ sup pacē nō ē v̄tus alia. Dicit. n. Aug. Pax ē finis ⁊ p̄sumatio oīu3 v̄tutum. Octaua beatitudo dr̄ redire ad caput duobus modis. p̄mo q2 idē p̄miū sibi p̄mittit q̄d p̄mittit btitudini .s. regnū celorum. Scd̄o q2 oēs p̄bāt a prima vsq3 ad vltimā vtrū vere sint. Unū Gre. Qualis vnusq̄sq3 apud se lateat. illata cōtumelia p̄bat. Ex his dictis colligit q̄ hītus v̄tutu3 cardinaliū principaliter disponūt ad exercitium actiue hītus vero donorum disponūt ad actus contemplatiue. hītus v̄o beatitudinū disponunt ad p̄fectionem vtriusq3.

De sensibus sp̄ualibus. Cap. 56

Ex sensus sp̄uales p̄cipit aīa sp̄ualia. q2 videt sponsi sui pulchritudinē sub rōe splendoris. Audit amenissimā armoniā sub rōe verbi. Gustat sūmā dulcedinē sub rōne sapīe cōprehēdentis vtrunq3. s. verbu3 ⁊ splendorem. Odorat sūmā fragrātiā sub rōe verbi inspirati. Tāgit sūmā suauitatē sub rōe v̄bi incarnati. ⁊ inter nos corpaliter habitās. reddētis se nobis palpabilē ⁊ osculabilē p ardētissimā caritatē. Ex p̄dictis pz q̄ sensus sp̄uales dn̄r p̄ceptōes mētales circa v̄itate3 p̄tēplandā. que q̄dā p̄tēplatio incipit a sensu. ⁊ p̄uenit ad imaginationē. ⁊ de imaginatiōe ad rōem. ⁊ d̄ rōe ad intellectū. ⁊ de intellectu ad intelligētiam. ⁊ de intelligentia ad sapiētiā. siue noticiā excessiuam que incipit hic in via et consumatur in gloria.

De fructibus sp̄ualibus. Ca 57

Ructus duodeci3 sp̄uales n̄ dn̄r noui hītus. sed status p̄solationu3 qbus p̄solatur sp̄us iustorum ⁊ iste delectatōes p̄sequētur opa p̄fectas. Sūt āt isti fructus. caritas. gaudiu3. pax patiētia. longaminitas bonitas benignitas māsuetudo. fides modestia. continentia. castitas.

De dulia ⁊ latria. Cap. 58

Atria est s̄uitus ⁊ reuerentia deo exhibita. vñ si creature honor d̄o debitus est idolatria. Latria cōprehēdit q̄nq3. s. fidē sapiētiā. reuerentiā. sacrificiū. ⁊ orōnē. prima duo sunt cordis. alia duo sūt opis. vltimū est oris. Dulia debet creature inq̄tum est imago dei. Unū dulia est honor q debet scīs. Unū d̄ beata v̄gine sciēdum est q̄ inq̄tū est p̄sona sancta debet ei dulia. s3 inq̄tu3 mr̄ dei debet ei ipdulia. i. supior dulia. Sana si p̄sona cui debet ei reuerētia q̄ cōsistit in obediētia mādatorum. ⁊ in exhibitione honorum. Si aūt est p̄sona simplex. debet ei reuerentia tm̄ q̄ cōsistit in exhibitione honorum. Ipdulia debetur creatura excellenti sicut est caro xp̄i. beata v̄go crux xp̄i. Unde sciendū est q̄ vere lignu3 crucis xp̄i in quo pependit si nō figurata signo crucifixi debet iperdulia. q2 ē istrm̄ nostre redemptionis. Crucibus āt factis

sequātū sūt lignū. sine res tales nihil de
beť. sȝ crucib⁹ factis i lignū xp̄i crucifixi
edebeť latria. Imaginib⁹ aūt eadē debe
tur adoratio q̄ debeť ⁊ illis quoꝝ sūt ima
gines. nō inq̄ztum res facte adorātur. sȝ
illos quoꝝ sūt imagines adoramus.

De preceptis in genere. Cap. 59

P Receptum est iperiū faciēdi ali
qd. vl' nō faciēdi. Preceptoꝝ alia
sūt affirmatiua. vt honora patrē. alia ne
gatiua. vt nō occideś. Precepta affirma
tiua stricte sumēdo dr̄i p̄cepta. sed ne
gatiua dr̄r ꝓhibitiones. p̄cepta affirma
tiua obligāt sp̄. sed nō ad sp̄. Sed nega
tiua obligāt sp̄. ⁊ ad sp̄. Precepta deca
logi p̄nt dici data ⁊ inata. p̄mo mō tm̄
ptinēt ad populū israeliticū. 2. mō ad oēś
⁊ obligāt. q: qcqd cōtinet decalogus ex
plicite. hoc ptinet lex nāe q̄ scripta est in
corde cuiuslibet iplicite. Istud. n. p̄ceptū
legis nāe. s. qd tibi non vis fieri. aliis ne
feceris. includit hec p̄cepta. nō occides
nō furtū facies. ⁊ hmōi q̄ decalogus po
nit explicite. Quedā p̄cepta tradunť im
paratiue. s. illa q̄ sunt affirmatiua. q̄dam
indicatiue. s. negatiua. ⁊ hoc iō. q: diffici
lius est facere bonū q̄ȝ declinare malum
plures. n. faciendo bonū reqrūtur circū
stātie. In qbusdā p̄ceptis ꝓhibeť actus
⁊ affectus. vt pȝ in his nō mecaberis. n̄
cōcupisces rē p̄ximi tui. q: apetitus ē ni
mis inordinatus ad illa. In qbusdā solū
mō ꝓhibētur actus vt cū dr̄ nō occideś
Hoc dico s̄m formā tradēdi. nō p̄ virtu
tē intelligendi. q: oia p̄cepta negatiua co
ercent manum ⁊ aīm. Multis modis
ligamur. s. lege nature. vt est diligē deuȝ
sup̄ oīa. ⁊ nulli facere quod nobis fieri
nolumus. Preceptis diuinis vt liga
bať Adam preceptis sibi datiś. ⁊ Judei
suis. Uoto. q: s̄m Aug. vouere est volū
tatis. sed reddere ē necessitatis. Unde q
busdam cōsilia ēt precepta sūt sicut reli
giosis q vouerūt talia decretis patrū. vt
est ieiunare aliquas vigilias. ⁊ hmōi. Cō
suetudine s̄m q̄ in Francia p̄mogenit⁹
succedit in regno. Mādatis p̄latoꝝ. Un̄
sup̄ cathedrā Moysi ⁊c. Cōsciā q: s̄m
Aug. Quicqd fit cōtra cōsciam edificat
ad gehēnaȝ. Numerus p̄ceptoꝝ sumit̄
sic. q: q̄dam ordinant nos ad deū. q̄daȝ
ad p̄ximū. Qd deus isinuare voluit qn̄
in duabus tabulis legē dedit. In prima
tabula sūt tria precepta q̄ ptinēt ad deū
Primū ptinet ad p̄rem. q: est de diui
na vnitate. Scd̄m ad dei filiū. q: est d̄ sa
ramēti veritate. Terti ū ad sp̄m scm̄. q:
est de sp̄uali vocatōe. In scd̄a tabula sūt
septeȝ precepta ad p̄rimum spectātia.
Primū est de exhibēdis bonis. vt est il
lud. Honora p̄rem tuū ⁊c. Reliqua sex
sunt de cauēdis malis q̄ inferri p̄nt cor
de. vel op̄e vel ore. Opere ledimus p̄xi
mū tripliciter ꝓpter qd dātur tria prece
pta. Primū est nō occides. Scd̄m nō
mecaberis. Tertiū nō furtū facies. Ore
quoqȝ ledimus p̄rimum. ⁊ cōtra hoc
illud. nō dices cōtra p̄rimum tuū falsū
testimoniū. Corde ledimus p̄ximū du
pliciter. Quādoqȝ respectu rei irrationa
lis. de hoc dr̄. Nō cōcupisces vxorē p̄
ximi tui.

De primo precepto.

Capl'm. 60

PRimū preceptum tres hȝ clausu
las. Prima est nō habebis deoś
alienos corā me. Ubi ꝓhibemur adora
re creaturas sp̄uales. s. angelos. Scd̄a ē
Nō facies tibi sculptile. hoc est imagies
fictas. que naturalis sūt rep̄ntatiue. Ter
tia est neqȝ oēm silitudinem. s. imagineȝ
rei naturalis. ⁊ sequiť q̄ ē in celo de sup̄
vt solis ⁊ lune. ⁊ q̄ i tra deorsū. vt hois
bouis. ⁊ similium. Neqȝ eoꝝ que sūt in
aquis sub terra. i. piscium. nō adorabis
ea. s. actu exteriori. neqȝ colles. i. affectu i
teriori. Ex his pȝ q̄ nō reprehendūtur
xp̄iani q faciūt imagines nō qdē ad ado
randū. sed ad memorādū. Honor aūt q
exhibeť sanctis nō est latrie. sed dulie.
Scd̄m rem allegoricā. Prima clausula
huius p̄cepti ośdit iudeos ⁊ saracenos
esse idolatras qui deos hn̄t alienos. Ju
dei qdem Messiam. Saraceni Mau

gmeth. Cōtra scđam clausulam. s. nō fa
cies tibi sculptile faciūt heretici pessimi q
nō credūt de deo nisi quod imaginatio-
ne sua fantasia cōfingunt. Contra tertiaȝ
faciūt mali christiani. q: superbi colūt si-
militudinē eorum que sunt super terraȝ
scilȝ honores diligūtq; platuras. Auari
colūt similitudinem eorum que sūt in ter
ra. s. pecuniam ⁊ diuitias. Voluptuosus
colit similitudinem eoꝝ que sunt in aqs
idest delitias voluptatis.

De secundo precepto.

Capl'm. 61

S Ecundum est. Nō assumes no-
men dei tui in vanū. Hic ꝓhibe
tur iuramētum quod sit sine causa ⁊ per
iurium. Vterq; enim peccat. s. pro nihi
lo iurans. ⁊ falso iurans assumit nomen
in vanum q: primus sine causa nominat
summam veritatē. scđs aūt noīatam cō
tēnit. Tribus modis quis peccat in piu
rio. vel iurando cōtra cōsciētiam. vel iu-
rando illicitum. vel veniendo cōtra iura
mētum. preterea sciendum est ꝙ iura-
menta que quis ex certa sciētia facit vel
sonant in blasphemiam vt qū quis iurat
per corpus dei ⁊ similia vel sonāt irreue
rentiam. sicut qū iurat ꝑ vulnera xp̄i sūt
pctm̄ mortale vel graue etiam si verum
est ꝙ iurat. Istud preceptum nō solū in
telligit̄ s̄m ꝑdictam rōnem lr̄alem. sed
s̄m intētionem moralem. Assumit̄ enim
nomē dei in vanū multipliciter. s. corde
ore. ⁊ opere. Corde sicut mali qui tm̄ no
mine sine re dr̄ir xp̄iani. q lȝ sacr̄m rece-
perūt baptismi. tm̄ rem sacramēti nō ha
bent idest gr̄am. Ore scilȝ mala iuratōe
voti trāsgressione. ꝑdicatōe facta vana i
tentione ⁊ indeuota or̄one de qua dicit̄
populus hic labiis me honorat ⁊c. Ope
s̄m ꝙ hypocrite nomē dei assumūt in si
mulatōe opis exterioris non in puritate
cordis. Vn̄ summūt in vanum. q: rece-
perūt mercedem suam.

De tertio ꝑcepto. Cap. 62

T Ertiū est. Memēto vt dieȝ sab
bati sanctifices. nō facies oē opus
in eo. In hoc precepto quoddā est mor-
tale. vt vacatio que ad deū est orādo co-
lendo. meditando. quoddam cerimonia
le vt assignatio diei septimi qui signat tē
pore cessationē peccati. Allegorice quietem
corporis xp̄i in sepulchro. Anagorice requi
em eternam in celo. Istud ergo ꝑceptuȝ
pōt tripliciter accipi. primo gn̄aliter vt
cessemus a vitiis. 2. spālīter vt cessemus
ab operibus corporalibus que īpediūt va
cationem ad deū. 3. spālissime. vt est i vi
ris cōtemplatiuis qui ab oibus mūda-
nis se seperant vt totaliter deo vacent. ꝑ
ma vacatio est necessaria. 2. debita. 3. per
fecta. Secūdum ergo ꝙ sabbatum dici
tur requies siue vacatio ad deuȝ. sic dies
dominica potest dici dies sabbati. ⁊ que
libet dies statuta ad venerationem diui-
nam in quibus cessandum est ab opere
seruili. i. a peccato ⁊ ab opere impediēte
vacationem ad deum. Opera enīȝ serui
lia determinantur ab ecclesia. vt opera
mechanica. que sunt agricultura. merca
tum. placita exercita.

De quarto precepto.

Capl'm. 63

Q Uartum est. Honora patrem tu
um ⁊ matrem tuam. Huic prece
pto additur promissio. s. vt sis lō
geuus super terram. quia iustum est vt
conseruatio vite aliene mereatur conser
uationem vite ꝓprie. pater dicit̄ in hoc
mandato. qui est principium per genera
tionem quo ad esse nature vt pater car-
nalis. vel qui est principium ꝑ ministeriuȝ
regenerationis. quo ad esse gr̄e. vt pater
spiritualis. Sumitur alio modo pater n̄
secundum rationem propriam. sed secū
dum rationē persone qui dicitur pater
etate vel pro rege qui dicitur pater de-
fensione. Honor hic intelligitur dupl ici-
ter. scilicet exhibitio corporalis in susten-
tatione. ⁊ spiritualis in reuerentia ⁊ obe
dientia. Sed in obediētia diuersificat̄ s̄m
diuersitatē patrum. q: patri spūali debe
mus obedire in spiritualibus. s. prelato.
seculari. s. regi in tēporalibus reipublice. 65

patri carnali in dispositōe rei familiaris.
De quinto p̄cepto.
Capl'in. 64.

q Uintū ē. Nō occides. Hic expli cite p̄hibet' homicidiū. s; implicite oīs mot⁹ ire cōtra p̄ximū. siue ille sit tm̄ cordis. vt ira. siue oris. vt cōtumelia. siue opis vt p̄cussio citra mortē vel depilatio. p̄hibet' hic oīs occisio iniusta que fit tripliciter. s. ex cā. vt in illo q occidit' sine culpa. vel ex ordine. vt cū ille q nō ē minister legis occidit. vel ex aīo vt qn̄ minister legis occidit nō amore iustitie s; libidine vindicte. Distinguit' hōicidii gen⁹ dupliciť. s. vez qd dr corp̄ale ⁊ iterp̄tatū qd dr sp̄ūale hōicidiū sp̄ūale fit duob⁹ modis. Uno mō omittēdo vt cū qs videt aliū in extrema necessitate. ⁊ nō subuenit ei. interp̄tatiue dr eū occidisse. Alio mō fit cōmittēdo. ⁊ hoc qn̄q; corde. s. odiēdo. i. Jo. 20. Qui odit fratrē suū homicida est. qn̄q; ore. s. detrahēdo q: ille cui detrahit' occidit' i p̄scia illius q audit detractorē in q̄ prius viuebat p bonā famā. qn̄q; ope. s. malo exēplo alicui occasionē ruine p̄stādo. ⁊ tūc iterp̄tatiue dicitur illū occidisse.

De sexto. Cap. 65.

s Extū ē. Nō mechaberis. In hoc p̄cepto vt dicit Aug. p̄hibetur oīs illicit⁹ cōcubit⁹ ⁊ oīs illegitim⁹ vsus eoz mēbroz. De hac mā q̄ref supra libro tertio i capitulo de luxuria. ⁊ capitulo sequēti.

De septimo p̄cepto. Cap. 66

s Eptimū ē. Nō furtū facies. Hic fm Aug. p̄hibet' oīs cōtractatio rei aliene ex cupiditate. Contractatio rei aliene pōt fieri licite trib⁹ modis. Pr̄io qn̄ fit nō ex cupiditate. s; ex obediētia. sicut fecerūt filii Jsrahel auferendo vasa egyptioz. Scd̄o qn̄ fit ex cautela. vt si aliqs furet' gladiū furiosi. ne sibi vl' aliis noceat. Tertio qn̄ fit ex necessitate. vt cum aliqs esuriēs ad mortē furat' panē. qa in necessitate sūt oia cōmunia.

De octauo p̄cepto. Cap. 67.

o Ctauū est. Nō loq̄ris cōtra p̄ximū tuū falsū testimoniū. Hic p̄hibet' oē gen⁹ mēdacii. sicut dicit Aug. qd determinat' p tres dr̄ias. Est. n. mēdaciū p̄niciosū qd nocet. officiosum qd p̄dest. iocosū qd delectat. Includit' in hoc p̄cepto taciturnitas veritatis tpe necessitatis. tn̄ cā ⁊ opportunitas facit ipsā taciturnitatē veritatis esse licitā.

De nono ⁊ decimo.
Capl'z. 68.

n Onū ⁊ decimū p̄ceptū ē. Nō p̄cupisces rez p̄ximi tui nec desiderabis vxorē ei⁹. nō seruū. nō ancillā nō bouē. nec asinū. nec oia q̄ illi⁹ st̄ Duo p̄hibet' hic. s. cōcupiscētia carnis i vxore p̄ximi. ⁊ cōcupiscētia oculoz in re aliena. Nā ad hec duo maxime inclinat' nā corrupta. Ad vnū pp cōseruatiōez sui in esse indiuidui. Ad alteꝝ pp cōseruatiōez sui in esse sp̄ēi. Hic nō p̄hibet' appetitus q est ex corruptiōe fomitis vl' ad delectatiōnē sensualitatis. q: ipolē est q ille cōcupiscētie nō sint i nobis. s; p̄hibet' habitus q est ex cōsensu rōnis. q̄uis istud p̄ceptū ad duo tm̄ determinet'. tn̄ videt' ibi vniuersaliter omnis cōcupiscētia male voluntatis.

De cōsiliis in gn̄e. Cap. 69.

c Onsiliū p̄nt diuidit' cōtra preceptū ē p̄suasio melioris bōi ad qd nō tenemur. Cōsilia in m̄ltis differūt a p̄ceptis. Primo q: ad p̄cepta tenemur ad cōsilia v̄o nō. q: p̄cepta seruare ē necessitatis. cōsilia v̄o volūtatis. Jtē lex vet⁹ dat p̄cepta. euāgelia v̄o cōsilia superaddūt. Jtē cōsiliū p̄tinet ad perfectos p̄ceptū ad p̄ficiēdos. s; p̄missio ad imp̄fectos. p̄hibitio v̄o ad p̄uersos. Jtez p̄cepta sepant nos ab illicitis. cōsilia v̄o a cōcessi. Jtem p precepta declinamus peccatū. s; p cōsilia occasiōes pc̄ti. Jtē p p̄cepta maxime negatiua penā fugim⁹. s; p cōsilia merita cumulamus. Jtē cōsilia seruata afferūt p̄miū. nō seruata nō adducunt. suppliciū. Jtē ad precepta cōstringimur ex debito. sed ad cōsilia nō nisi ex

volũtate. Item cõsiliũ p votum fit p̃ce-
ptũ. sicut ait Aug. Uouere est volũtatis
sed reddere est necessitatis. Itẽ melius ẽ
esse deuotũ in minoribus q̃z in maiorib9
indeuotum inueniri. Uñ melius est nu-
da precepta seruare cũ deuotiõe q̃z se ad
cõsilia obligare ⁊ in his negligẽtẽ esse.
Nota q in lege mosayca fuerũt iudicia
cerimonialia ⁊ moralia. Lex aũt euãgeli
ca iudicia tẽperat ptem auferendo figu-
ras euacuat rerum v̄itatem exhibẽdo p̃
cepta cõsumat adiiciẽdo. adiicit aũt tria.
scilz instructionẽ documẽtoꝝ. promissio-
nẽ p̃mioꝝ. ⁊ pfectionẽ cõsilioꝝ. Et iõ dr̃
lex mosayca ab euãgelica differre. q: illa
figurarũ est. hec v̄itatis. illa pene hec grẽ
illa lr̃alis. hec spũalis illa occidens. hec vi
uificãs. illa timoris. hec amoris illa s̃uitu
tis. hec libr̃tatis. illa oneris. hec honoris.
De consiliis euangelicis.

Caplm. 70

C Onsilia que xp̃s adiecit p̃ceptis sũt
ista. Primũ est pauptas que cõ
sistit in abdicatione ppzietatis. vñ Luc.
Lucas. 14. Qui nõ renũciauerit oibus que pos
Matthe. sidet nõ põt meus esse discipulu. math.
19. Ois q reliquerit domũ vl' frẽs ⁊c. p
pter nomen meũ centuplum accipiet. et
vitã eternam possidebit. De hoc Hier.
Monachus hñs oboluz nõ valet obolũ
2. est obediente. vñ illud sup cathedram
mo. se. scri. ⁊ pha. q̃ di. fa. ⁊c̃. Math. vl
Matthe. timo Si qs vult post me venire ab. se-
met. ⁊ tol. ⁊c. Sciendũ aũt q duplex ẽ
obediẽtia. s. pfecta q̃ se extendit ad oia q̃
nõ sũt ɔtra deũ l' ɔ regulã q̃z q̃s pfessus
est. ⁊ que dispensationi p̃lati nõ subdit.
De hac obediẽtia Ber. Perfecta obe-
diẽtia legẽ nescit terminus nõ artat non
cõtinet pfessiõis angustia. Ad hanc nul
lus tenet debito necessitatis. sed solũ pfe
ctionis. sicut tenemur semp imitari chari
smata meliora. Alia est obedientia perfe
cta. tñ sufficiens ad salutem qua qs obe
dit tñ in his que seruare pmisit. vel in
illis q̃ in his implicite continentur. sicut
sunt illa sine quibus religionis pfectio nõ
seruat. vt recipere officia. ⁊ hmõi. ⁊ ta-
lis obediẽtia necessitatis est. Cuz ergo di
cit beatus benedictus in regula q si p̃la
tus p̃cipiat aliquid impossibile tentandũ
est facere. loqtur de obedientia pfecta q̃z
obseruat subditus iõ his ad que nõ obli
gatur ad prelati p̃ceptuz. cõsilii est ⁊ ma
gne pfectiõis. ⁊ nõ necessitatis. sed si ser
uat ad simpl cẽ ãmonitionẽ tale qd ẽ ma
ioris pfectionis. Tertiuz ẽ castitas de q̃ de Castitate
dicit. Sunt eunuchi qui se castrauerunt
propter regnum celoꝝ. Ad illud perti-
net illud. Math. Audistis q: dictum est
antiquis. Non mechaberis. Ego autez
dico vobis qui viderit mulierez ad con
cupi. eam ⁊c̃. Hic ostendit q nõ solum
cõsensus est dãnabilis ad opus mechati
onis. sed etiam consensus ad delectãdũ
Nota q cõcupiscere ex subito motu ve
niale est. sed concupiscere ex deliberatio
ne perficiẽdi mortale est. predicta tria cõ
silia sũt spũalia ⁊ substãtialia oĩs pfecte
religionis. q: suos obseruatores elõgant
a malo. nõ solũ quãtũ ad culpã. sed etiã
quãtum ad causam. oẽ nãqz maluz orit
ex triplici radice. s. ex cõcupiscentia car-
nis. ex cõcupiscentia oculorum ⁊ ex sup
bia vite. Predicta tria cõsilia pfecte nos
elongant ab radice triplici. Quartuz cõ
silium est charitatis. Math. diligite ini- de charitate
micos ve. istud quantũ ad dilectionẽ affe
ctus est preceptũ. sed quãtum ad dilecti
onem effectus est cõsiliuz q: inimico vel
le gratiã ⁊ gloriaz est necessitatis. sed oñ
deret ei signa beniuolentie est pfectiõis
⁊ cõsilii vñ ad hoc oẽs nõ tenent. Sane
negare homini signa familiaritatis quã
do veniã petit vel necessitas exposcit. vi
dicta est. vel qñ se ille qui hostis erat ad
familiaritatẽ ingerit si habeat presũptio
q nõ simulate vl' irrisorie faciat. tũc dili
gendus ⁊ inter amicos cõputãdus. Sz
q aliquis vltro se ad familiaritatẽ inimi-
co ingerat. hoc pfectionis est. Uñ q ali-
qs iniuriam passus reconciliationẽ que-
rat ⁊ amicitiam non est debitum necessi
tatis sine quo nõ est salus. sed est pfectio 66

nis ⁊ ꝯsilii quo magnū expectat̃ p̄miuȝ
Quintū est mãsuetudinis. Math. si qs
te ꝑcusserit in vnã maxillã. p̄be ei aliam
hoc sic intelligitur. paratus sis aliã susti-
nere patiēter ⁊ istud cõsilium est pacien
tie respectu lesionis corporis. Sȝ ad idē
ꝑtinet illud qd est pacientie respectu ab-
lationis rerꝫ. sicut est illud. Qui vult tecū
cõtendere in iudicio. ⁊ tunicã tollere. re-
linque ei ⁊ palliū. Nota ꝙ contingit sua
repetere corã iudice fideli dupliciter. aut
cum cõtētione ⁊ fraude. aut cū charitate
¶Primū nulli lȝ. Scdm vo lȝ infirmis
⁊ impfectis. pfectis aūt nõ. Vñ nõ repe
tere cõsilium est infirmis. pfectis vero p̄
ceptū. Illis aūt q renūciauerūt ꝓprieta
ti nõ licet repetere sua. vt sua. sed vt con
gregationis. ⁊ nec ꝓpter se. sed pp cõe
bonū. Sextū est misericordie ⁊ suprroga
tionis. vt illud omni petēti te tribue ⁊ il
lud. Si vis pfectus eē. vade ⁊ vēde oia
⁊c. Nota ꝙ dare supfluū est necessitatis
in necessitate extrema. sȝ dare qbus ege-
mus cõsilii. Aug. melius est minus eger̃
q̄ȝ plus habere. Qđ aūt dicit dñs. Oia
quecunqȝ vultis vt faciãt vobis hoies.
vos eadē facite illis. sic intelligēdū. Que
cūqȝ vultis rõabiliter ⁊ dictãte charita-
te. vt faciant vobis ⁊c. Vñ si peteremus
rem aliquã ⁊ nõ videremus illud eē rõ
nabile. nõ vellemus iã rõnabiliter dari
nobis. Septimū cõsiliū est đ simplicita-
te verborꝫ. vt ibi. sit sermo vr̃ ē est. nõ nõ
Cuiꝰ sensus est si affirmatio vel negatio
est in ore sit ⁊ in corde. Et ad hoc cõsiliū
reducit̃ illud. Audistis q2 dictū ē antiqs
nõ piurabis. Ego aūt dico vobis nõ iu
rare oino. Nota ꝙ iurare q̄ȝtum ad in-
firmitatē ptinet pmissionis est. Nõ iura
re aūt q̄ȝtum ad pfectionem ptinet cõsilii
est. ¶Prohibȝ dñs iurare p creaturas. s.
ꝑ celū. vl' terrã. vl' capillū. pp idolatriaȝ
ne. s. credamus aliqd numinis esse i illis
fiunt tñ iuramēta p euãgelium ⁊ cruces
. i. p eū cui sūt dedicata. Octauū est đ vi
tãda occasione pcti. Vñ dr̃. Si oculus tu
us scãdalizat te erue eum ⁊ ꝓice abs te
fȝ Aug. nullū mēbrorꝫ erui ꝑcipit̃ ad lit
terã. sȝ occasio a peccãdi. ¶Põt. n. occasio
eē ex aspectu. ⁊ tūc oculꝰ scãdalizat. Vñ
põt esse occasio ex ꝯtactu ⁊ tunc manus
scãdalizat. ¶Põt insup esse occasio ex alio
⁊ a cõsiliario. q̄ dr̃ oculus. vel ab adiuto
re q dr̃ manus. ⁊ est dextera q̄ est adiu-
tor in spūalibus. sinistra in tpalibus. hu-
iusmodi. n. si scãdalizant abiciēdi sunt. q2
occasiones peccãdi sūt abiiciēde. Nonū
cõsiliū ē de rectitudine intentõis ac finis
vñ dr̃. Attēdite ne iusticiã vr̃am faciatis
corã hoibus ⁊c̃. Item illud. Nesciat sini
stra tua qd faciat dextera tua. Itē sic luce
ant opa vr̃a corã hoibꝰ vt glorificent pa
trem vestrū ⁊c. De his nota ꝙ cõtingit
cõstituere duos fines. s. tpale ⁊ eternum
sed si eternus finis est vltimus. hoc bene
licet. Actio aūt spūalis vl' predicatio non
põt referri ad finē tpalē. ita qđ illud tpa-
le referat̃ ad deū. q2 nõ sūt faciēda mala
vt veniat bona. Et qđ dicit Aug. Nõ de
bemus euãgelizare vt mãducemus. sed
mãducare vt euãgelizemus. Nota ꝙ te
nemur illos actus referre ad deum quo
rū hēmus dñiuȝ ex ipso rõnis. vt ē mã-
ducare. cogitare. eligere. ⁊ silia. sȝ nõ tene
mur actꝰ referre iobediētes rõi. vt ē nu
tritiua respiratiua. ⁊ hmõi. Decimū cõ
silium est de cõformitate opis ad doctri
nã vt ibi. Alligant onera grauia ⁊ impor
tabilia digito ãt suo nolūt ea mouere ⁊c.
Ad idē hypocrita eiice prius trabē đ ocu
lo tuo ⁊c. Nota ꝙ in p̄dicatione asserit̃
aliqñ tentio generalit̃. s. de his q̄ ptinent
ad statum salutis aliqñ asserit̃ tentio fm
statum pfectiõis. vtpote religionis. ¶Pri
mo mõ tenet̃ p̄dicator facere qđ dicit cū
asserit ad hoc oēs teneri. Scđo modo ñ
tenet̃ nisi pfectionē illã ipse nouerit. Vtrꝫ
aūt malus pecet p̄dicãdo. distiguitur. q2
existens in pctõ notorio peccat qñ predi-
cat. siue ex necessitate officiū hoc faciat. si-
ue ex volūtate. q2 scãdalizat. Existēs aūt
in peccato occulto si p̄dicat. ⁊ nõ studet
ex dicto suo cõpūgi adhuc videt̃ peccar̃
q2 videt̃ cõtēnere. Undecimū ꝯsiliuȝ est

· sextus · libellus ·

de vitāda sollicitudine vt ibi. Nolite so-
liciti esse ⁊c. ⁊ ibi. Nolite cogitare d̄ cra
stino. Sciēdum ꝙ triplex est sollicitudo.
Prima ē laudabilis. vt ē ꝓuidētie spūa
lis. Unde apo. ad corinth. Qui sine vxo
re est sollicitus est. que dei sunt quō pla-
ceat deo. Itē ad Ro. d̄ p̄latis. Qui p̄est
in sollicitudine. Scd̄a est tolerabilis. ⁊ est
sollicitudo cure tp̄alis quo ad corp⁹. Lu
ce. Martha mar. sol. es. ⁊ tur. erga plu.
Tertia est vitup̄abilis. ⁊ ista est superflue
thesaurizationis quo ad auaritiā. Ecc.
Peccatori āt dedit d̄s afflictōez pessimā
vt addat ⁊ ɔgreget. ⁊ hec vanitas ⁊ cas
sa sollicitudo mentis. Sollicitudo prima
p̄cipit̄. scd̄a tolerat̄. tertia ꝓhibet̄. Duo
decimū est fraterne correctiōis. vt ibi. Si
peccauerit in te frater tuus ⁊c. Nota ꝙ
fratrē corripe qn̄q3 cōsiliū ē. vt qn̄ corri-
pit̄ sup venialib⁹ qn̄q3 ē corripe ē p̄ceptū
nō ad vt corripe de mortalib⁹. ⁊ isto⁹ so
oēs p̄tinet ⁊ obligat semꝑ. q2 ꝓ loco ⁊ tē
pore. s. qn̄ vacat. ⁊ videt ꝙ vtilis est cor
rectio. Sciēdu3 est ꝙ triplex est correctio
. s. amoris. timoris. ⁊ pudoris. Hūc ordi
nem fraterne correctōis docet dn̄s i euā
gelio. Primo. n. innuit fratrē reuocādū
esse amore cū iubet eū singulariter corri-
pere dicēs. Corripe eum inter te ⁊ ipsu3
solū. Sed si hoc nō valet docet eū esse re
uocandū timore vbi ait. Si te nō audie-
rit adhibe vnu3 vel duos tecū. ⁊ si hoc
nō valuerit docet eum esse reuocandum
pudore. vbi dic̄. Si nec illos audierit dic
ecclesie. Si aūt eccliam nō audierit sit ti
bi sicut ethnicus ⁊ publicanus. i. excōica
ri d3. ⁊ sic euitari. Sane p̄dictus ordo
fraterne correctionis intelligit̄ tm̄ de cri
minalibus. q2 d̄ culpis cōibus solēt clau
stra es se in suis capitulis accusare. nō p̄-
missa tamen admonitione. Uerūtm̄ accu
sans alium caueat diligēter. ne hoc faciat
ad diffamandū. sed ad corrigendū. qm̄
si quis ex deliberatione contrarium face
ret mortaliter peccaret.

Explicit liber quintus.

Incipiunt capitula libri sexti.

Expliciunt capitula.

Incipit liber sextus.

De medicina sacramento⁊. Cap. 1

Elestis medicus humani
generis repatiuus tali mō
sanauit egrotū sic̄ opportūe
ɔpetebat egrotāti ⁊ egritudi
ni ⁊ occasiōi egrotādi ⁊ ip-

ns egritudinis curatiōi. Egrotus igitur ē homo Morb⁹ āt originalis est culpa. Origo istius culpe lȝ principaliter fuerit ex cōsensu rōnis occasionē tñ sūpsit. ex sensib⁹ carnis. Ad hoc ergo ꝙ medicina rñdeat morbo oportuit ꝙ nō tm̄ eēt spiritualis. sed aliqd haberet de sensibilib⁹ signis. vt sicut sensibilia fuerūt aīe occasio labendi. ita esset ei occasio resurgēdi. Et ꝓpter hoc medicina nr̄i vulneris cōsistit in ecclesiasticis sacramētis.

De diffinitionib⁹ sacri. Cap. 2.

Sacramētū ē vt ait Aug. inuisibilis grē visibilis forma. Hec diffinitio gn̄alis ē. Et cōuenit sacramētis tā noue q̄ȝ veteris legis. qȝ taȝ illa q̄ȝ ista sunt ex similitudine representatiua. ⁊ ex institutiōe significatiua. Sciendū. n. ꝙ eadē diffinitio cōuenit sacramētis noue legis. sed sic supplēda ē ita vt eius similitudinē gerat. ⁊ cā existat. qȝ nō solū ex similitudine repn̄tāt. vel ex institutione signāt. sȝ ex virtute diuina scificāt. ⁊ gr̄aȝ cōferūt. ꝑ quā aīa curat ab infirmitatib⁹ vitioꝝ. ⁊ hoc est qd̄ insinuat Au. i alia diffinitiōe dicēs. Sacramētuȝ est illud in quo sub tegumēto reꝝ visibiliuȝ diuina virtus secretius opat. Est ⁊ tertia diffinitio Ugo. de scō vic. qui ait. Sacr̄m est materiale elemētū extrinsecus oculis suppositū ex institutiōe significās. ex similitudine repn̄tans. ex sanctificatiōe aliquam gr̄aȝ cōferens inuisibilē. Tria tāguntur hic q̄ sunt de rōne sacramēti stricte ⁊ ꝓprie sumpti. Primū ē naturalis similitudo ex qua hȝ aptitudineȝ significādi. Secūdū ē actualis institutio ex qua hȝ ordinē determinatū respectu hui⁹ significati Tertiū est sp̄ualis sanctificatio ex q̄ hȝ virtutē efficiēdi illud significatū.

De sacramētis noue legis.

Capl'm. 3.

Sacramēta legis grē xp̄us instituit tanq̄ȝ noue lator in qua vocans ad p̄mia dedit p̄cepta. istituit sacra. Christus. n. vbū p̄ris cū sit sūme veritatis. ⁊ bonitatis. ⁊ sūme virtutis rōne summe bonitatis ꝓmisit p̄mia beatificātia rōne veritatis dedit p̄cepta dirigētia. rōe virtutis instituit sacra adiuuātia. vt ꝑ sacra reparetur virtus ad implēda p̄cepta. ⁊ ꝑ p̄cepta pueniat ad p̄mia. Instituit. aūt sacra i vbis ⁊ elemētis. vt ait Aug. Accedit vbū ad elm̄. ⁊ fit sacrȝ. ⁊ ē ēt elemētū ꝓ mā ⁊ forma vboꝝ ꝓ forma. Ad hoc vero istituta sūt sacramēta ē i verbis ⁊ elemētis. vt haberēt euidētiā significādi. ⁊ efficaciā sanctificādi. qȝ dū elemēta oculis. ⁊ verba auribus se offerūt. q sūt duo sensus p̄cipue cognoscitiui dāt euidētiaȝ significationis. Deīde vba sanctificāt elemēta. vt plenior fiat humane creatiōis efficatia. Instituit aūt de⁹ sacra diuersimode. q̄dā. n. sūt ante aduētū suū. vt matrimoniū ⁊ penitētia. Sȝ hec duo ꝯfirmauit ⁊ cōsumauit i lege euāgelica. dū penitētiā p̄dicauit. ⁊ nuptiis iterfuit. Alia qnq̄ȝ sacramēta xp̄s initiauit. Cōfirmatōeȝ qdem puulis manū iponēdo. Unctionē vō discipulos ad curādū mittēdo q infirmos inungebāt oleo. sicut dicit in Math. Baptismū vero suscipiēdo. deinde formā dādo. Ordinē aūt ꝑtātē ligādi. ⁊ soluēdi tribuēdo. ⁊ cōficiēdo sacr̄m altaris. Eucharistiā ante opando cōparando se grano sinapis. ⁊ cōficiēdo ac dādo discipulis iminēte passione sacr̄m corpis ⁊ sāguinis sui. Instituta sūt ēt sacra multiplici de causa. primo ꝓpter humilitatē qua homo querit salutē inferiorib⁹ se. Secūdo ꝓpter eruditiōem qua hō ꝑ visibilia ad cognoscēda iuisibilia rapiat. Tertio ꝓpter exercitationē qua hō noxiā declinet occupatiōeȝ ⁊ ocium. Quarto ꝓpter cōgruitatē medici ad medicinā. qȝ cū medicus sit deus. ⁊ hō congruēter cōtinere medicina dȝ aliqd diuinū. s. iuisibilē gr̄aȝ ⁊ aliqd humanū. s. visibilem gratie formā. Quinto est cōgruitas ex pte infirmi qȝ cū infirm⁹ sit homo ex corpe ⁊ spiritu sp̄ūs aūt i corpe nō bn̄ capiat sp̄ualia nisi i corporalib⁹ cōgruū fuit dare medicamēta spiritualia in reb⁹ corpalibus sicut pilule i nebula dātur. Sexto ꝓpter aug

mentionē meriti. multū. n. valet ad meritū qn̄ deo credit in his vbi rō humana nō pōt dare experimētū. Patet ergo ex p̄dictis que sit sacramētoꝝ cā efficiens que diuina istitutio. que formalis q: gr̄e sanctificatio. que finalis. q: humane isfirmitatis curatio.

De effectu sacramētoꝝ. Capitulum. 4.

Effectus sacramētorum noue legis multiplex ē. p̄mo a petō mūdant Secūdo in bono ꝯseruāt. Tertio corpi xp̄i mystico icorporāt. Quarto iustificāt Quinto ad futurā vitā preparāt. Sexto erudiēdo illuminat. Septimo a malo p̄seruāt. ista patēt in septē sacramētis p ordinē. Nā primū opatur baptism⁹. Secūdū cōfirmatio. ⁊ sic de aliis. Sacramēta dicunt vasa gr̄e. ⁊ cā. nō ꝙ in eis gr̄a substātialiter cōtineat. vel causaliter efficiatur. cū i sola anima habeat collocari. ⁊ a solo deo isundi. s; q: in illis. ⁊ p illa gr̄a curationis a sūmo medico xp̄o oȝ hauriri. licet nō alligauerit potētiā suā in sacramētis. quin ⁊ per alias vias gr̄aȝ cōferre valeat quādo vult. Sacr̄a sp̄ habēt significatiōem veritatis. sed nō sp̄ efficaciā curatōis. nō pp defectū ex pte sui s; ex p te suscipiētis. q: gratia nulli datur repugnāti gratie fonti. Unde ⁊ sacramēta nō sāctificāt. nisi accedētes digne ⁊ absq; oi fictione. Aliquādo vero virtute sacramētorum fit de attrito cōtritus. ita ꝙ defectus dignitatis. vel preparatiōis ex parte suscipiētis suppleat virtute diuina i sacramētis cōtēta. dūmō nō accedat sciēs i mortali petō vel i ꝓposito peccādi. Unū sciēdū ꝙ qdā suscipiūt sacramētū tm̄ vt ficte accedētes. qdā rē tm̄. vt qui p cōtriōeȝ ⁊ fidei deuotiōeȝ recipiūt gratiam añ q̄ȝ veniāt ad sacramēta. quidaȝ ⁊ sacramētū ⁊ rē suscipiūt. vt digne accedētes. Sacramētū dr̄ a sacrādo. ⁊ hoc pōt intelligi tripliciter. aut sanctitatem efficiendo tātum aut sāctitatem signādo tātum. aut sāctitatem signādo ⁊ efficiēdo simul. Primo nō cōuenit ratio sacramēti rebus signatis per sacramēta tam veteris q̄ȝ noue legis. Secūdo mō ꝯuenit signis veteris legis. Tertio mō ꝯuenit sacramētis noue legis. Huiusmōi exemplum habem⁹ i naturis q: medicina dr̄ sanare efficiendo tm̄. sed sudor sanat signādo tatum. exercitatio sanat efficiēdo ⁊ signādo. Quinq; sunt que hn̄t iustificare animā sed diuersimode. Deus. n. iustificat auctoritate. gr̄a iustificat formaliter expellendo morbū spiritualē. Impletio mandatorum iustificat vt dicta. Sacramenta vero tāq̄ȝ vasa medicinalia i quib⁹ cōfertur gr̄a. Sacerdos autem ministerio. Exemplū hoꝝ habem⁹ in curatōe morbi corporalis Deus eniȝ sanat corpus auctoritate. medicina effectiue. dicta cōseruatiōe vas medicine cōtentiue. Un̄ dicitur vulgariter piscis iste sanauit me. medicus vō sanat vt minister.

De numero sacr̄oꝝ. Cap. 5.

Sacramenta noue legis sūt septeȝ s̄m septeȝ diuersitates hominum in ecclesia. Primū est itrātiuȝ vt baptism⁹. Scōm est pugnātiū. vt cōfirmatio Tertiū vires resumētiū. vt eucharistia. Quartū resurgētiū vt penitentia. Quintū exeūtiū vt extrema vnctio. Sextū ministrātiū. vt ordo. Septimū nouos milites itroducētiū vt m̄rimoniuȝ. Sacramēta figurata sūt in septē sigillis. quibus fuit veteris testamēti pagina sigillata q̄ agnus q hȝ clauē dauid q claudit ⁊ nemo apit reserauit. Itē i septē tubis q bus angeli cecinerūt Iteȝ in septeȝ stellis quas habebat similis filio hois in dextra sua Itē in septē panib⁹ qb⁹ dn̄s turbā satiauit. Itē i septeȝ oculis sup vnū lapideȝ. Iteȝ in septeȝ lucernis tabernaculi supp̄apositis cādelabro. Iteȝ i septem lotionib⁹ Naaman. Sacramēta sunt septē q̄ disponūt ad septē virtutes habendas. Nā baptism⁹ ē sacramētū fidei. Cōfirmat o spei. Eucharistia caritatis Penitētia iustitie. Extrema vnctio pseuerātie. que est fortitudinis cōplemētū. Ordo prudētie. matrimoniū temperantie. Alia

Quid sit Ba
tismus,
est sacr
68

etiā rō numeri sacramentoꝝ ē q ordināť cōtra triplicē culpā. ⁊ cōtra quadruplicē penā. Vñ baptism⁹ ordinať cōtra peccatū originale. penitentia cōtra mortale. Extrema vnctio ꝯtra veniale. Ordo contra ignorātiā. Eucharistia cōtra malitiā Cōfirmatio cōtra īpotētiā. Matrimonium cōtra cōcupiscētiā quā tēperat ⁊ excusat. Alia adhuc rō numeri q꞉ sacrā sūt causa sanatiua morbi spūalis ad modū corpaliū. Medicina vō corpalis quadruplex ē. curatiua cōseruatiua p̄seruatiua. ⁊ melioratiua. Simili mō sacramēta curāt Baptism⁹ curat simul ⁊ totalr. Penitētia vō curat paulatī q̄ztū ad penā cuiuscūqꝫ pene hō debitor sit. Extrema vnctio curat a morb leuiorib⁹. s. a venialib⁹ sicut baptism⁹ ⁊ penia curāt a letalibus sic ergo p̄dicta tria sacrā sūt quasi medicina cūratiua. Confirmatio est medicina cōseruatiua sanitatis spūalis in qua dať spūs scūs ad robur ⁊ cōseruatiōēꝫ gratie date in baptismo. Matrimonīū ē medicina p̄seruatiua. Ordo ē medicina melioratiua ī quo augmētať gr̄a. Eucharistia hec oīa simul facit. Curat eniꝫ venialia. que sūt occasio ruine maioris. cōseruat eniꝫ gr̄a inuētā ī homine ⁊ augmentat. sic q꞉ meliorat. ⁊ nihilominus a pctō preseruat.

De potestate dispēsatiōis sacramētorū. Cap. 6.

Potestates dispēsatiōis sacroꝝ regulariter spectāt ad gen⁹ humanū. In oīb⁹ sacramētis dispēsandis necessaria ē dispēsatiōis intētio q̄ qs ītēdit facere qđ xp̄s īstituit ad humanaꝫ salutē. Vł saltē facere qđ facit ecclesia in quo claudiť ī gn̄ali intētio p̄dicta. q꞉ ipsa ecclesia sicut sacrā a xp̄o accepit sic ad fideliū salutē dispēsat. Rursū q꞉ ordo dignitatis exigit vt inferiora maiorib⁹ submittanť. Quedā respiciūt excellētiam dignitatis. vt sacr̄m cōfirmatiōis ⁊ ordinis vñ cōfirmatio ⁊ ordo cōferunť ab ep̄is Quedā respiciūt indigētiā necessitatis. vt baptism⁹ ⁊ matrimoniū. quoꝝ vnū regenerat. alteꝝ generat. ⁊ hoꝝ dispēsatio ēt psonis inferiorib⁹ cōcediť. maxime ī articulo necessitatis qđ dico rōe baptismi. Quedā aūt sacrā sūt quasi media vt eucharistia. pn̄ia. ⁊ extrema vnctio. Et istorū dispēsatio ad solos ꝑtinet sacerdotes qui sūt quasi in medio inter ep̄os ⁊ minores psonas cōstituti. Sacrā dispēsari pn̄t a bonis ⁊ malis. a fidelib⁹ ⁊ īfidelibus intra ecclesiā ⁊ extra q꞉ si despensari posset tm̄ a bonis nullus esset cert⁹ de susceptiōe sacrī. cū nullus sit certus đ bonitate ministri. sicut nec de propria. ⁊ ita oporteret iterari. ⁊ malitia vnius p̄iudicaret aliene saluti. Iccirco dispēsatio sacramēti cōmittiť hoī. nō rōne sanctitatis q̄ variať. sꝫ rōne auctoritatis diuine que semꝑ manet quātū est de se. Sciēduꝫ āť ꝙ in sacris q̄dā sūt substātialia. quedam vero sacralia. Quātuꝫ ad substātialia nō plus valet opatio boni ministri q̄ꝫ mali quia deus ibi operať vt actor. homo vero vt minister Sꝫ in sacramētalibus sicut sūt orōnes plus pōt valere operatio boni q̄ꝫ mali. hoc est autē per accidēs. nō p se. i. quātū ad alios effectus accidentalibus. nō quātū ad essētiales. quāuis apđ hereticos sint sacrā vera nō tñ recipientib⁹ vtilia. nisi ad ecclesie vnitatē redeant. Unde. Aug. ecclesia cōparata paradiso iudicat posse baptismū hoīes recipere sꝫ salutē nō tenere. Illā ⁊ flumina de paradisi fonte largiter mānauerūt. nō tamē ī Mesopotamia. nec ī egypto quo illa flumina peruenerūt est felicitas vite que đ paradiso cōmemorať.

De triplici statu fidelium. Caplm. 7.

Triplex est status fideliū ī acie ecclesiastice hierachie. s. fidei genite fidei roborate. ⁊ fidei multiplicate per primū fit distinctio fideliū ab īcredulis in baptismo. p s̄m fit distinctio fortiuꝫ ab infirmis. ⁊ hoc in cōfirmatione. per tertiū fit distinctio clericoruꝫ a laycis per sacramētum ordinis. Hinc est ꝙ hec tria sacramēta caracteres imprimūt quos ī

delebiliter ĩpressos semꝑ distinguũt. vñ nullatenus iterari possunt. Caracter ergo baptismalis est icipiẽtiũ. Cõfirmationis vero ꝓficiẽtiũ. ſ3 ordinis ꝑfectorum. ¶Predicta triplex distinctio fit ad similitudinẽ distĩctiõis alicuiꝰ exercitus. ꝑma ẽ cõis. ſ. totus exercitus ab alio exercitu ⁊ hec fit principaliter ꝑ baptismuz. 2. est spãlis. ſ. militũ a popularibꝰ. hec autẽ fit ꝑ cõfirmationẽ. Tertia est specialissima. ſ. ducũ militum ab viriſq3 ⁊ hec fit per sacramentum ordinis. ¶Preterea q2 caracter est signũ distinctum spũale ⁊ indelebile ideo nõ cõfert̃ i sacramẽtis que solẽt iterari. sicut est pñia. matrimonium ⁊ huiusmõi. ¶Notãduz ergo ꝙ caracter baptismalis est oĩum caracterũ aliorum fundamentuz. Et ideo illo nõ habito nõ possent ceteri ĩprimi. ac per hoc oportet denuo fieri vt illi caracteres habeãt̃ vnde si quis ordinat̃ nõ baptizatꝰ nihil ꝓrsus agit̃. Q3uis tria sacr̃a vt dictũ est ꝑꝑ caracteris ĩpressionez nõ iterant̃ tñ quasi cõe est hoc omnibꝰ sacr̃is nõ iterari circa eãdẽ ꝑsonã ⁊ mã3. ⁊ ex eadẽ causa. ⁊ hoc est ideo ne fiat cõtumelia sacramẽto Ex hoc eni3 credi posset ꝙ sacramẽta ꝑius dispensata essent inefficacia ⁊ inepta l3 q̃dã ex necessitate ⁊ aliis causis iterari possint. Quedã sũt de sacramẽtoꝝ subã q̃dam de cõgruentia. Si ea q̃ sũt de substãtia omittant̃ euacuant̃ sacramenta. ⁊ sunt iterãda. Omissio vero illoꝝ que sũt de cõgruẽtia nõ euacuat sacramẽta.

De institutiõe sacramẽtoꝝ. Caplm. 8.

a In initio instituta sũt sacramẽta ad curationẽ hoĩum. ⁊ semꝑ cũ morbo cucurrerũt In lege enim nature fuerũt oblatiões. sacrificia ⁊ decimationes. In lege aũt scripta introducta ẽ circũcisio. ⁊ adiuncta ẽ. expiatio atq3 superaddita oblationũ ⁊ sacrificiorũ multiformis distinctio. In lege ãt noua statuta sũt sacramẽta numero pauciora. vtilitate potiora virtute efficaciora. preeminẽtia digniora. atq3 significatione euidẽtiora. in quibus est impletio simul ⁊ euacuatio oĩu3 predictorum. sicut Vgo de sancto victo. ¶Primi temporis sacramẽta fuerũt sicut vmbra Medii tẽporis sicut imago. siue figura. postremi vo tẽporis. ſ. gratie sicut corpus qd̃ intra se veritatẽ cõtinet ⁊ gratiam quã significatiõe representãt ⁊ principaliter cõferũt ⁊ ꝓmittunt. ¶Predicta patent q2 eiusdẽ mundationis similitudo est in oblatiõe legis nature sed occulte inuenit̃. In circũcisione vero euidẽtius aliquantulũ exprimit̃. ꝑ baptismũ aũt manifestius declarat̃. Ite3 sacramẽta veteris legis nutriebãt paruulos exercebant ꝑfectos. ⁊ duros onerando domabant. S3 sacramẽta noue legis cõferunt que vetera de lõginquo mõstrabãt. Vñ priora sacramẽta ꝑparauerũt ⁊ perduxerũt ad noua sicut via ad terminũ. sicut figura ad veritatẽ. Itẽ sacramẽta noue legis efficiũt qd̃ figurãt ſ3 hoc nõ faciũt sacramẽta veteris legis. Est ⁊ alia differentia ꝙ cõe ẽ oibꝰ sacramẽtis. q2 cõsistũt in rebus sensibilibꝰ inuisibilẽ tñ gratiã significãtibus. ſ3 spãle ẽ sacramẽtis noue legis ꝙ cõsistãt i vbis ⁊ i rebꝰ. Itẽ sacr̃a noue legis iustificãt. ⁊ q3tũ ad opus opatũ. ⁊ quãtũ ad opus operãs. sed sacr̃a veteris legis solũ q3tũ ad opus operãs q2 nõ valebant faciẽtibus. nisi quãtũ illoꝝ charitas ⁊ deuotio fidei extẽdebat. Hoc intelligit̃ de circuncisione q̃ cũ nõ fuerit in lege data nequaq3 inter legalia cõputatur q2 ipsa in ꝑuulis tollebat originale. ⁊ gratia3 cõferebat qd̃ nõ faciebãt legalia. Itẽ legalia fuerũt ſ3 Aug. ante passionẽ dñi viua. ⁊ stati pꝰ passiõ3 mortua ⁊ postq3 claruit veritas euãgelii fuerũt oia sepulta. Nostra vo sacr̃a vsq3 ad fine3 semꝑ ĩ suo vigore manebũt.

De baptismo. Caplm. 9.

b Baptismus est ianua oĩum sacramẽtorum. q2 nulli cõfertur in ecclesia aliud sacr̃m ante ipsu3. De substantia baptismi sunt quinq3. ¶Primu3 expressio forme vocalis a deo ĩstitute q̃ ẽ hec. Ego te baptizo. In noĩe pr̃is

⁊ filii ⁊ spūs sancti absq͡ȝ missione. additione dictionis. vl' p̄posteratiōe ordinis vl' cōmutatōe nois. his. n. quattuor modis forma verboꝝ violatur. s. omissione additiōe trāspositione cōmutatōe. i. si ponit' loco patris ⁊ filii ⁊ spūs sancti nomē potētis sapiētis ⁊ benigni. q: in quocūq͡ȝ idiomate baptizetur nō debent poni appropriata trib⁹ psonis. sed exp̄ssa noia psonarū. Similiter baptizato nō dȝ dici imergo vl' intingo. Secūduȝ est ablutio p elementū aque cuiuslibet. vl' maris. vl' fontis vel fluminis. siue frigide ul' calide in toto corpore faciēda. vl' saltēȝ in digniori parte. s. in capite. Tertiuȝ est ꝙ imersio ista fiat ab vno. ⁊ in eodeȝ tēpore qñ forma verboꝝ exprimit' ita quod vnus puerum imergat. ⁊ alius verba pferat Quartum est intentio. vel specialis. vel generalis. Specialis aūt intentio ē vt ille baptizādus mūdetur. Generalis aūt est facere illud qđ facit ecclesia. Intētio quoq͡ȝ illius requiritur q est baptizādus si ē adultus q: inuiti baptizātur nō recipiūt sacr̄m. Quintum est fides ipsius baptizandi. q: in adultis requeritur fides propria. sed in paruulis aliena. q: paruuli in fine ecclesie baptizāt'. Baptism⁹ merito fit in aqua. ⁊ nō in alio liquore. q: homo cum per peccatū primi parentis incurrerit inmunditiam. ignorantiam ⁊ cōcupiscētiam per baptismum ab his tribus liberatur. Et hoc notatur in pprietatibus aque scilicet puritate. perspicacitate. ⁊ frigiditate. Nam baptismalis aqua sua puritate nos mūdat. sua perspicacitate illuminat. atq͡ȝ sua frigiditate ab estu cōcupiscentie nos tēperat. Item baptismus fit in aqua ne queȝ inopia excusaret. ⁊ ne propter defectum salutis periculum homines incurrerent si in alio aliquo liquore fieret. ⁊ vt inueniatur apud oēs cōis baptismi materie. Triplex est baptism⁹ scilicet fluminis. flāminis. ⁊ sanguinis. Inter hos talis est differentia. q: baptismus flumis a tota pena liberat ⁊ a culpa. ⁊ gratiam in habitu infundit. ⁊ caracterem imprimit. Baptismus flāminis delet culpam nō semel tantum. sed pluries ⁊ hȝ gratiam in vsu in quo consistit meritum. Baptismus sanguinis liberat ab omni tentatione. ⁊ cōfert statim premium. q: proprium est martyrum stati euolare. Ex his patet quis sit melior inter hos baptismos. q: se habent vt excedentia ⁊ excessa. In baptismo quoddaȝ est sacr̄ȝ tm̄ vt ablutio exterior. quoddā est res tm̄. vt gr̄aȝ interior. quoddā res ⁊ sacramentum vt caracter. Octo sunt de solemnitate babtismi que nō sunt de subā. vñ ver. Sal. oleū. chrisma. cereus chrismale salina. Flatus virtutem baptismatis ista figurāt. Hec cum primis nō mutant esse. sed ornant. In quattuor locis iungitur baptizandus scilicet in fronte. vt fidem publice protestetur. In vertice vt agenda ab eo subtilius intelligant' Inter scapulas vt iugum christi suauius portetur. In pectore vt dulci corde deus diligatur. Baptismus fuit institutus materialiter quādo Christus baptizatus fuit. formaliter quādo dixit. Ite docete oēs gētes ⁊c. finaliter qñ dixit Nicodemo. nisi qui renatus fuerit ⁊c. effectiue quando xp̄s passus est. Effectus baptismi duplex est. Ad alia sacramēta preparat. q: baptismus est intrātium. A peccato mūdat qđ signatum est in mari rubro. vbi submersi sunt. Egyptii. sed filii israel exierūt securi. Nota ꝙ in baptismo deletur originalis peccati macula. fomes nō tollitur. sed remittitur. penam relaxat. Unde pueri induuntur veste candida. Rationalem illuminat. Unde ponitur sal in ore. Concupiscibilem ad bonum inflammat. Unde datur candela puero. Irascibilem cōfortat. Unde israel dicit Amalech post transitum maris rubri. Innocentiam tribuit. quod figuratum est per columbam que sedit super Ihesum baptizatum. Caracterem imprimit hoc signatur per mare vitreum in Apocalip.

Fomitē mittigat qđ figurat aque frigidi-
tas. Cōionem ecclesie ꝓstat. sicut Jere-
mie circūcisio. quāuis sanctificat⁹ fuerit
in vtero. A satisfactiōe exteriori liberat.
q: nō reqrit gemitū neq; plāctū intelli-
ge exteriorē. nā exterior reqrit in adulto
.s. cōtritio. potestatē diaboli minuit. qđ
signat exsufflatio. ianuā celi aperit qđ si-
gnatū est ꝙ xp̄o baptizato aperti sūt celi
Et notādū ꝙ passio xp̄i aperuit ianuam
celi ꝑ cām meritoriā ⁊ satisfactoriā gr̄a-
lē. Baptismus aūt apit per cām efficiētē
singularē. Os ad laudādum ⁊ aures ad
audiēdū aperit. Vn̄ ponit saliua i ore ⁊
aure pueri. Templū xp̄i efficit. Vn̄ dici-
tur baptizato. Exi imūde spūs ⁊ da locū
spūi scō. Laudabilē corā deo reddit. Vn̄
balsamus est in crismate. Solēt pueri ba-
ptizādi vsq; ad pascha ⁊ pētecosten. nisi
vrgeat necessitas. vl' timeat periculū re-
seruari ad signādū ꝙ in baptismo fit re-
surrectio spūalis ⁊ ꝙ gr̄a spūs sancti da-
tur. Baptismus xp̄i. ⁊ Joannis cōueni-
unt in materia. ⁊ i mō mergēdi. s; diffe-
rūt i forma. q: baptism⁹ Joānis trade-
bat in noīe vēturi. Differūt etiā i effectu
q: baptism⁹ xp̄i viuificat. Joānis aūt nō
Jtē in fine ꝙ baptismus Joānis ad ba-
ptismū xp̄i inuitabat.

De cathecismo ⁊ exorcismo.

Caplm. 10.

Cathecism⁹ ⁊ exorcism⁹ tāq; ꝓpa-
ratorii ꝓmittūt baptismo. vt i ip-
so gr̄a efficatius opet. Trib⁹ de
causis cathecism⁹ institut⁹ est ꝓmo ꝑꝑ i-
structionē de articulis omnibus ad fidei
susceptionē. scđo ꝑꝑ respōsionē ad fidei
ꝑfectū. tertio ꝑꝑ respōsionē ad fidei obs-
uātiā. Quia vero adult⁹ pctm̄ ꝓpriū h;
reqrunt hec ab eo. ⁊ ꝓ se rn̄dere potest
reqrunt hec ab eo ꝑ vicariū. q ꝓ ip̄o rn̄-
det de fidei obseruātia. Exorcism⁹ ideo
institutus est vt baptizādo diaboli po-
testas repellatur. Nā ꝑꝑ peccatum ho-
minis diabolus in homine potestatem
accepit. ⁊ etiam in illa que veniūt in vsu;
hominis. Unde tam adulti q; paruuli
exorcizari debēt ad expulsionē diabolice
potestatis.

De cōfirmatiōe.

Caplm. 11.

Confirmatio sacr̄m ē pugnātium
de cui⁹ sub̄a sex sūt. Duo ex ꝑte
sacramenti in se. s. mā chrismatis
⁊ forma verboꝝ q̄ talis ē s̄m morē ma-
gis cōmunē. Signo te signo crucis cōfir-
mo te chrismate salutis. Jn noīe patris
⁊ filii ⁊ spūs sancti. Duo ex ꝑte ministri
.s. dignitas pōtificalis. ⁊ intētio debita.
Duo ex ꝑte suscipiētis. s. frons in quo d;
fieri chrismatio. ⁊ ꝙ cōfirmādus sit ba-
ptizatus. Unctio chrismatis triplex fit in
trib⁹ sacramētis. quoꝝ diuersitas ex fi-
ne accipit. Jn baptismo fit in vertice ad
signādū fidei susceptionē. q: vertex ē lo-
cus cellule rōnalis. Jn cōfirmatiōe fit in
frōte ad significādū audaciā cōfessionis
cuius ipedimētū ē timor ⁊ verecūdia q̄
spūaliter manifestat in ipalore vel rubore
frōtis ex ꝓpinquitate cellule imaginalis
Jn ordine fit i manib⁹ ad significandu;
potestatē cōsecrādi dn̄ici corpus sacr̄m.
Huius sacr̄i multiplex ē vtilitas. q: gr̄a;
datā in baptismo cōfirmat. ps. Cōfirma
hoc de⁹ qđ opatus es in no. s. in baptis-
mo. Ad militiā spūalē preparat. Vn̄ ↄfir-
mādi tāq; pugiles pugnaturi inungunt
ne ab inimicis de facili terreātur. Et q:
oēs xp̄iani debēt eē in bello xp̄i ꝓpt hoc
oēs debēt sacr̄m hoc accipe vt facili⁹ pos-
sint ↄtra mūdū carnē ⁊ diabolū pugna-
re. Ad cōfessionē cōstātē noīs xp̄i anima
quē d; verū deū ⁊ verū hoīem cōfiterit
Primo vt cōfiteamur eū s̄m diuinam
naturā pr̄i ⁊ spūi scō equalē. 2. vt cōfite-
amur eū s̄m humanā naturā crucis ꝑtu-
lisse suppliciū. Primū apparet in forma
verboꝝ in trinitatis expssione. Secūdu;
claret in frōte crucis signatiōe. Intus ⁊
extra nos ornat spūali decore. Intus q-
dē ꝑ cōscientie puritatē. s; extra ꝑ odorē
bone fame. Et hec duo signant in chris-
mate qđ cōstitit ex oleo ꝓpter primū. ⁊
ex balsamo propter secūdum. Jn bonis

rgēdis. ⁊ malis sustinēdis. roborat. Da
tur enim ibi spūs sanctus ad robur. Ani
mā qdē ꝑ impssionē caracteris ꝯtra pu/
sillaminitatis vitiū. Corpus vero ꝑ cly/
peū crucis cōtra insultus demonū Au/
daciā pstat cōtra timorē i cōfessiōe nois
xp̄i. ⁊ in cōsignatiōe frōtis q̄ ē locus ve/
recūdine. ¶ Post pugnā coronat. qḋ no/
tat̄ in vitta q̄ circa caput ligat̄ cōfirma/
ti. Quedā sūt circa cōfirmatiōez que nō
sūt de esse sacramēti. sed de bn̄ eē q̄ sunt
hec. Quia ieiunis ⁊ a ieiuno det̄. ꝙ ꝑ ali
quē ep̄o presentet̄. q ēt patruus efficitur.
ꝙ mitra circa caput circunligetur. ¶ Per
istud sacr̄z fiūt fideles plene xp̄iani. pleni
tudinē dico copie q tātū in baptismo ple
ni facti sūt plenitudine sufficiētie. Sacra/
mēta se habēt in dignitate. vt excedētia ⁊
excessa. Nā eucharistia preeminet in eē.
Baptism⁹ i effectu Matrimoniū i my
sterio q: signat cōiunctionē xp̄i ⁊ ecclesie
Cōfirmatio in dignitate ministri. q: n̄ cō
fert̄ nisi ab ep̄is. ¶ Penitētia i petōꝝ re
missiōe. ⁊ sic de aliis sacramētis.

De eucharistia.

Caplm. i2.

Eucharistia ē sacr̄m caritatis tā di
uine q̄z nostre. q: deus in hoc sa/
cramēto signū magne dilectionis
nobis ostēdit ⁊ nostre dilectiōis affectuz
ꝑ idē sacramētū spūaliter erga se iflāma
nit. De substantia huius sacramēti sunt
quattuor. p̄mū est ꝙ cōsecrās eucharisti
am sit sacerdos. Secundū species panis
⁊ vini. Tertiū intētio cōsecrātis. Quar/
tū ē forma verboꝝ vz. Hoc est enim cor
pus meū. Et ista ē sup calicē. Hic est. n.
calix ⁊c. Ad plenius intelligēdū ista nota
circa intētionē ꝙ aliud est intētio aliud at
tētio. q: intētio semꝑ ē necessaria. vl' spā
lis vl' generalis. sicut dictū est de baptis
mo. Attētio autē nō est de substātia. sicut
qn̄ mēs rapitur in ꝓlatione verboꝝ ad
alia. qḋ qn̄qz contingit ex infirmitate. qn̄
qz ex negligētia vel incuria. ⁊ tūc ē pec/
catum. Sciēdū preterea ꝙ nō solū req/
ritur intentio cōsecrātis. sed etiam inten/
tio istud sacramētū instituentis. Un̄ n̄ si ali
qs sacerdos staret in foro ⁊ super oēs pa
nes formā verboꝝ ꝓferret. ēt cū intenti
one cōsecrādi nō fieret ibi trāsubstātia
tio ⁊ hoc nō eēt ꝑ defectū virtutis v̇boꝝ
cū vna vice sacerdos possit cūsecrare tot
hostias quot toti mūdo sufficerēt si eēnt
necessarie ecclesie. sed ꝓꝑ defectū intētio
nis illius. q hoc sacr̄m instituit q nō intē/
dit ꝙ cū tali ludibrio vl' stulticia fieret cō
secratio. sz ꝓ vtilitate vel necessitate eccle
sie gn̄alis vel particularis. Circa quoqz
formā verboꝝ sciēdū ꝙ cū dr̄. hoc ē enī
corpus meū. ista ꝯiunctio eniz nō ē de sub
stātia forme. sz de bn̄ esse ipsius. Unde
omitti nō dz. Aliud nāqz ē forma neces/
saria sine q̄ nō pōt trāslatio fieri. aliud ē
forma debita sine qua nō dz fieri. Eodē
mō dicēdū ē de spēb⁹ panis ⁊ vini. Un̄
nota ꝙ materia eucharistie. alia ē necessa
saria. alia ē debita. Materia necessaria ē
ꝙ eucharistia panis sit frumētin⁹. q: sine
illo nō pōt fieri cōfectio. Sz materia de/
bita est ꝙ panis ille sit azim⁹. q: lz in fer/
mētato pōt cōfici. tn̄ hoc nō dz fieri du/
plici de cā p̄ma est ꝙ panis azimus cō/
uenit institutiōi. Xp̄s eniz dedit discipul̄
corpus suū cōfectū id tali materia. scdō
est ꝙ talis panis cōuenit etiā significato.
Xp̄s eniz sine oi fermēto pcti fuit. Simi/
liter dicendū est de mā calicis q: alia est
mā necessaria. alia debita Materia ne/
cessaria calicis ē vinū. q: sanguis xp̄i nō
pōt in alia materia cōfici q̄z i vino. Mā
v̇o debita est ꝙ aq̄ vino misceat̄. ⁊ hoc
duplici rōne. ¶ Prima q: tal materia cō
uenit institutiōi Xp̄s eniz sanguinē suum
sub tali spē dedit. Scđa q: talis mā ꝯue
nit ēt significato. q: ecclesia q̄ per aquā si
gnat̄. xp̄o ꝑ fidē ⁊ caritatē iungit̄. Sciē/
dum ꝙ in aceto ⁊ agresta nō cōficit̄. q:
acetū nō ē vinū. sz fuit. sic ⁊ agresta nō ē
vinū. sed erit. In cōfectiōe sanguinis taz
modicū aque dz āmisceri vino ꝙ absor/
beri possit ab illo alioqn ipedit̄ cōsecra/
tio. s. si vinū ab aqua vincitur istud desi
gnat̄. q: cuz nos ad xp̄z cōuertimur nō

ipse in nos. sed nos in ipm mutamur. q: corpori suo mystico icorpamur. Si vna gutta vini imponit᷑ ex aliqua negligētia sanguini nō pp hoc desinit esse sanguis. nec pp̄ter āmixtiōez vinū in sanguinem mutat᷑. sz vtraqz spēs in sua natura permanet. Sed si de vino multū ponitur ad vnā guttā sanguinis. sicut qn̄qz fit i ablutiōe tūc ibi desinit eē sanguis. q: spēs illi⁹ gutte sub q̄ ē sāguis absorbet᷑ a multo vino adiūcto. Circa eucharistiā ē quoddaz sacramētum tm̄ vt species panis ⁊ vini quoddam ē ibi res tm̄ vt corp⁹ xp̄i mysticū. quoddā est ibi res ⁊ sacrm̄ vt corpus xp̄i verū qd̄ traxit de virgīe. istud. n. est res primi ⁊ sacrm̄ secundi. Sub vtraqz spē totus xp̄s est indiuisus. s. corp⁹ ⁊ anima ⁊ deus ac p vtrobiqz ē vnum ⁊ simplicissimum sacrm̄. Sub specie nāqz panis ē corpus xp̄i p cōuersionē. ⁊ sāguinis p cōnexionē. ⁊ aīa p coiūctionē. ⁊ diuinitas p vnionē. Isti enim quattuor nō possunt diuidi nec ab inuicē sapari. eodē mō dicēdū est de sanguīe. Preterea xp̄s totus est i tota specie. sic q ē i q̄libet pte eius siue sit ītegra illa spēs siue diuisa. ac p hoc nō est ibi vt circūscriptus vel occupās locū. vł h̄ns sitū vel pceptibilis p aliquē sensū corporeū. Exēplū huius habem⁹ in speculo qd̄ si diuidat᷑ i multas ptes in q̄libet apparet imago. q̄ pri⁹ apparebat i integro. Idē exēplū est de sermone. quē multis recito. q: qlibet auditor recipit illū totuz. Vn̄ qūuis sermo sit vnicus in pferente. tot⁹ tm̄ est i quolibet audiēte. Hostia frāgit᷑ in tres ptes pp̄t multas rōnes. Primo pp tres psonas diuinas i vna eēntia. sic p tres ptes i diuisione hostie. vn⁹ tm̄ est xp̄s. Scd̄o pp tres stat⁹ ecclesie. s. militātiū triūphātiū ⁊ in purgatorio existētiū. Tertio pp tres status xp̄i in quib⁹ fuit. s. mortalis. mortuus ⁊ imortalis. Quarto pp tres aptiones in corpe xp̄i tpe passionis. s. manuuz pedū. ⁊ lateris. Quinto pp tres subas i xp̄o. s. diuinitatis. aīe. ⁊ corporis. Sacramentū corpis xp̄i figuratuz ē multipliciť. s. in oblatiōe melchisadech in qua figurate habemus formā exteriorē sacramēti. ⁊ primum effectū. s. refectionez ibi. n. pcessit figura spūalis in pane ⁊ vino. Itē eucharistia est refectio spūalis vite in re. Itē i māna vbi figurat᷑ effectus glorie. Item i agno paschali in quo figurabat᷑ liberatio a suitute egyptiaca. Itez noster agnus est signum liberationis a diabolo. Item in diuersis sacrificiis de quibus habetur in leuitico quibus figurabatur oblatio passionis xp̄i vbi fuit hostia ad reconciliationē. ⁊ victima quo ad satisfactionem pro peccatis nostris. ⁊ holocaustū quo ad totius corpis sui lesionem Itez in oblatiōe māne de quo legitur libro Judic. p quā figurabat᷑ in quo debet fieri oblatio ⁊ sup quē. q: in fide iesu xp̄i q p petraz designat᷑. Item in figura ionathe mellita vbi figurabat᷑ qs offerre debeat p fauū eniz mellis designatur deuotio offerentis. Figura sanguinis xp̄i fuit vinum ad designādum deuotionem Cañ. Introduxit me rex in cellā vinariā Item aqua ad significandū ablutōz. Vn̄ illud. Vidi aquā egredientem ⁊c. Item sanguis ad designādum redemptionem Heb. Sine sanguinis effusione non fit remissio.

De dignitate eucharistie.

Capl'm. 13.

Dignitas ⁊ excellentia huius sacramēti apparet in multis. pmo q: sicut dictum est tam ante legez q̄z in lege fuit prefiguratum. Secūdo q: a prophetis pnūciatum. ps. Panē angelorum mā. homo pontur hic pteritū p futuro prophetali certitudine. Tertio q: a xp̄o institutum. ⁊ hoc dupliciter. s. verbo ⁊ facto. Verbo vt patet Jo. Ego sum inquit panis viuus quid de ce. de. facto. Math. Accipite ⁊ comedite. hoc est corpus meum. Quarto quia ab apostolis seruatū Cor. Cōueniētib⁹ vobis in vnū ⁊ cetera. Quinto quia a sūmis pōtificib⁹ solēnizatū q ordinauerūt cantuz ⁊

ōiones. locus ⁊ tp̄s vestimēta ⁊ vasa di
uersa. q̄ oīa sunt ad decorē huius sacr̄i.
Maxima dignitas apparet in hoc sacr̄o
q: cū xp̄s cōstet ex trib⁹ substātiis. s. dei
tate. aīa ⁊ corpe. Ipsa siquidem deitas ex
cellit oīa p̄s. Magnus dn̄s ⁊ lau. ni. Itē
aīa eius p̄cellit oēs aīas cū sit plena gr̄a
⁊ virtute. i. pfectissima. in affectiua ⁊ co-
gnitiua. Itē corpus eius excellit oīa cor-
pora qd̄ d̄ sanctificato corpe beatissime v̄
ginis fuit sumptū ⁊ diuinitati vnitum er
go in xp̄o nobilissimū qd̄ est ī celo ⁊ no
bilissimum in terra vnita sunt.

De mirabilibus q̄ fiunt in eucharistia.
Caplm̄. 14

Mirabilia sunt in hoc sacr̄o. p̄mū
est qd̄ est ibi corpus xp̄i in tāta q̄
titate sicut fuit in cruce. ⁊ sic iā in celo nec
tn̄ excedit terminos illius forme. 2. q: ibi
sunt accidētia sine subiecto. 3. q: ibi panis
ita cōuertitur in corpore xp̄i q̄ nō fit ma
teria corpis xp̄i. nec anihilat̄. 4. q: idem
corpus nō auget̄ ex multaꝝ sumptōe. 5.
q: idem corpus in pluribus locis est sub
oībus hostiis cōsecratis. 6. q̄ qn̄ diuidi
tur hostia nō diuidit̄ corpus. sed sub q̄-
libet pte totus est xp̄s. 7. q̄ qn̄ tenet̄ ho
stia in manibus ⁊ vr̄ oculis corpus xp̄i
nec tangit̄ nec vr̄. sed hec tm̄modo circa
spēs sunt. 8. q: cū desinūt iste forme. tūc
etiā desinit eē ibi corpus ⁊ sanguis xp̄i.
9. q̄ cū nō sit ibi panis vl̄ vinū tn̄ acci-
dētia eūdē effectū hn̄t vt prius. s. satiare.
inebriare ⁊ hmōi. Nota q̄ deo cōuenit
esse vbiq3 simpliciter ⁊ pprie. Creature
cōuenit esse in vno tm̄ loco. Corpus vō
xp̄i medio modo se h3. Cū. n. sit creatura
nō d3 equari creatori in hoc q̄ sit vbiq3
Cū vō vnitū sit deitati d3 in hoc excelle
re alia corpora vt simul ⁊ semel possit eē
in pluribus locis sub isto v3 sacr̄o. In sa
cramēto eucharistie qddā est fm nām.
vt hoc q̄ ibi accidentia sūt in loco termi
nato. Quoddā est ibi sup naturam s3 nō
sup intellectū. vt hoc q̄ ibi sūt accidētia
sine subiecto. Quoddā est ibi supra nām
⁊ intellectū. vt qd̄ ibi xp̄s est totus ⁊ tan
tus q̄tus fuit in cruce. nec tn̄ excedit ter
minos illius parue forme. De mirabili
trāsubstatiatiōe. Nota q̄ triplex est mu
tatio. Una est artificialis. vt qn̄ fit vtrum
de cineribus. Alia est nāl̄is ⁊ hec duplex
. s. substātialis ⁊ accidētalis est qm̄ idem
subm̄ manet sub diuersis accidentibus
sibi inuicē succedentibus. Substātialis ē
qn̄ eade3 materia manet sub diuersis for
mis subāl̄ibus. sicut p3 in transmutatiōe
elementoꝝ ādinuicem. 3. est mutatio spi
ritualis. vt qn̄ nec materia. nec subm̄ ma
net. sed tm̄ accidentia sine subiecto ⁊ tal̄
mutatio est in transubstātiatione corpis
xp̄i. In reꝝ mutatiōe pōt notari triplex
difficultas. vl̄ ex pte t̄mini a q°. vl̄ ex p
te terminis ad quem. vl̄ ex pte distantie
terminoꝝ adinuicē. Primo modo crea
atio est mirabilior omnibus mutationi-
bus que est d̄ non ente simpliciter. secūdo
modo cōsecratio corporis xp̄i est mirabi
lior oībus. q necest ens in actu prius exi
stens. tertio modo incarnatio xp̄i est mi
rabilior quacunq3 mutatione. q: ibi est
vnio infinite substantie ad infinitū. Mū
dus distinguit q̄druplicem cōmutatio-
nē substātialem. prima est nō ente in ens
⁊ hec dr̄ gn̄atio. 2. est ab ente in n̄ ens
vt corrupto. 3. est ab ente in ens qd̄ mō
nō est. sed iam erit vt pductio. q̄rta est
ab ente in ens iam existens. ⁊ est talis cō
uersio panis in corpus xp̄i. hec mutatio
nō h3 silitudinem in natura. sed altera-
quasi cōtraria. q: hic mutat̄ substantia
vna in aliam manent tn̄ eadē accidentia
Sed in alteratōe ecōuerso ē q: ibi mutā
tur accidētia ⁊ manet eadē subā. sic̄ p3 i
corpalib⁹ qn̄ fit īcorpalib⁹ de albo nigrū
⁊ spūalibus qn̄ fit de iusto ipius vel de
ignorante sciens. Nota q̄ hec p̄positio
de multipliciter sumit̄. qn̄q3 notat cām
efficientem. vt cum dicitur xp̄s cōcept⁹
est de spiritu sancto. quādoq3 materia3
vt cū dicit̄ xp̄s natus est de virgine. quā
doq3 identitatem substātie. vt cū dicit̄
xp̄s natus de patre. qn̄q3 transubstātia-
tionē vl̄ cōuersionē vt cū dicit̄ corpus

Chꝛisti sit de pane. qn̄q; oꝛdinē vt cū di
citur creatura esse de nihilo.

De dignitate in suscipiētib⁹ corpus xp̄i.
Caplm. 15

d Igne suscipiēs corpus xp̄i bonuꝫ
multipliciter cōseqtur. Primū ē
ꝯm⁹ xp̄i. Math. Hoc facite in meā cō/
memoꝛationē. s. dilectiōis liberatiōis. ⁊
imitationis. Iteꝫ viuificatio interioꝛ. qꝛ
aliqn̄ ꝑ virtutē huius sacri fit de attrito
cōtritus. Vn̄. Gen̄. lignū vite comestū
vitā p̄stabit. sic ꝑ gratiā purgamur illu/
minamur. ꝑficimur. reficimur. ⁊ viuifi
camur. Et bn̄ reddit vita ꝑ cibū ꝑ quē
⁊ moꝛs intrauit. Itē corꝑi xp̄i mystico i
coꝛꝑamur. Vn̄ dictū Augu. Nō tu me
mutabis in te. sed tu mutaberis in me.
istud nō intelligit de vnione coꝛꝑis my
stici de nouo faciēda sed de augenda. nō
eniꝫ vnit dissimilia. Itē spūalis refectio
p̄s. In loco pascue ⁊c. Deus. n. nō tm̄ i
stituit sacr̄m qd̄ nos in esse gr̄e genera/
ret. vt baptismū vl' qd̄ genitos roboꝛa/
ret. vt ꝯfirmatiōeꝫ. Verū ēt qd̄ nutriret
vt eucharistiā. ꝑꝑ qd̄ hec tria sacr̄a dan
tur oībus q ad fidē accedūt. Itē deuotio
nis augmētatio. p̄s. Impiguasti in oleo
caput meū. Nutrimētū. n. qd̄ hic datur
nobis quantū ad esse gratuitū in tribus
attēdit. s. in cōtinuatōe deuotōis ad deū
⁊ dilectionis ad ꝓximū. ⁊ dulcedinis in
tra metip̄m. Itē fomitis mitigatio. p̄s.
Sup aquā refectōis ⁊c. qꝛ sicut aqua re
frigerat sic ⁊ istud sacr̄m furoꝛē ꝯcupiscē
tie mitigat. Itē collo gr̄e. Exo. Descen/
dēte māna descēdebat ꝑiter ⁊ ros. Iteꝫ
virtutū reboꝛatio. p̄s. Panis coꝛ hois
cōfirmet. Item pctōꝝ remissio. qꝛ ꝑ mi
xtū cibū sp̄ fit reꝑatio deperditi. Vn̄ qn̄
dr̄ in oꝛone dn̄ica panē nostrū quo. da
nobis hodie. statim seqtur ⁊ di. no. de.
nostra. istud intelligit de venialibus tm̄
qꝛ sic alimētū nāle ꝓdest viuēti ⁊ n̄ moꝛ
tuo. sic alimētū sp̄ale. Itē cōtra diabo/
lū armatio. p̄s. Parasti in ꝯspectu meo
mē. adu. oēs. ⁊c. Itē spei eleuatio. Unde
Apo. Qūo cū illo nō oīa nobis donauit

Itē amoꝛis excitatio. Ber. Disce xp̄iane
quātū debes diligere xp̄m q dedit nobis
carnē suā in cibuꝫ sanguinē in potū. aīaꝫ
in p̄eciū aquā lateris in lauacrū. Iteꝫ fi/
dei cōmendatio. qꝛ in hoc sacro fides ele
uat sup naturā. supꝛa sensuꝫ. ⁊ supꝛa in/
tellectū. Apo. Captiuātes oēm intellectū
in subsequiū xp̄i. Itē angelica cōuiuatio
p̄s. Panē an. mā. hō. Itē regni celestis
collō. Io. 6. Qui māducat meam car. ⁊
bi. me. san. hꝫ vitā eternā. Itē spūalis di
lectatio. Sapie. panem de celo p̄sti. eos
oē dele. in se hn̄tem ⁊c. Itē intellectus il
luminatio. i. Reg. Gustauit Jonathas
de melle. ⁊ illuminati sūt oculi eius. De
effectu eucharistie dicit Ber. Coꝛp⁹ xp̄i
est egris medicina. ꝑegrinātibus vita d̄
biles cōfoꝛtat valentes dilectat. languo/
rē sanat. sanitatē seruat. ꝑ hoc fit homo
māsuetioꝛ ad coꝛꝛeptionē. patiētioꝛ ad la
boꝛē. ardētioꝛ ad amoꝛē. sagacioꝛ ad cau
telā. ad obediētiā ꝓmptioꝛ. ad gr̄aruꝫ ac
tiones deuotioꝛ. Sicut recete cōicantib⁹
multa bona ꝓueniūt. vt dictū est. sic idi/
gne sumētibus coꝛpus xp̄i multa mala
occurrūt. Nullius. n. opus placet deo ni
si placeat ipse pꝛius. Indigna. n. cōio pec
catis hoiem illaqueat. dānationē p̄parat
ꝓximū scādalizat. mēteꝫ excecat. tētatio/
ni subiugat. deū iritat. vitā tꝑalem bꝛeui
at. gratuitis spoliat. De his ꝑ oꝛdinē dr̄
in p̄s. Fiat inquit mēsa eoꝝ coꝛā ipsis in
laqueū. ecce pꝛimū. ⁊ in retributōꝫ. ecce
2. in scādalū. ecce. 3. obscurētur oculi eoꝝ
ne videāt. ecce. 4. ⁊ doꝛsum eoꝝ sp̄ i cur
ua. ecce. 5. effunde sup eos irā tuā. ecce
6. fiat habitatio eoꝝ deserta. ecce. 7. in ta
bernaculis eoꝝ nō sit q inhitet. ecce. 8.

De modis sumēdi eucharistiam.
Caplm. 16

c Oꝛpus xp̄i quattuoꝛ modis sumi
tur. Quidā accipiunt illud spūali
ter tm̄. vt qui accipiunt rem sacri. i. gr̄a
⁊ nō ipsuꝫ sacr̄m coꝛpoꝛis xp̄i. De hoc
modo sumēdi dicit Aug. Crede ⁊ man/
ducasti. i. coꝛpoꝛi xp̄i mystico incoꝛpoꝛa/
tus es. Quidā sacramētaliter tm̄ cōican

tes in mortali peccato.q: lz deus sit vtro
biq3 per eentiam.nõ tñ p grãm.Quidã
spũaliter ⁊ sacr̃aliter.vt q accipiũt rem
⁊ sacr̃z.i.cõicãtes in grã.Quidã neutro
modo.vt qui nec rẽ nec sacr̃m accipiunt
vt heretici q nihil pficiũt.Primi nõ mã
ducates.mãducant.scdi mãducantes nõ
mãducãt.tertii mãducãtes mãducãt.q̃r
ti nõ mãducãtes nõ mãducãt.Circa cõi
onez cõmittit̃ pctm̃ tribus modis.Pri
mo cũ qs statuto tpe cõionem dimittit.
Jo.6.Nisi mandu.car.fi.ho.⁊c.Scdo
cũ qs suo tpe male accedit.Apo.Qui ãt
sumit indigne indiciũ sibi mãducat ⁊ bi
bit.Tertio cũ post cõionez a peccatis ñ
se custodit.⁊ iste triplex malũ incurrit.
Primo q: xp̃m quẽ suscepit ignominio
se a se expellit ⁊ turpius eiicit̃.quã nõ ad
mittit̃ hospes.2.q: talis quodãmodo simi
tudinẽ inde gerit.q post cũ xp̃o cenauit
xp̃m tradidit.Sic ⁊ absalon frẽm ad cõ
uiuiuz vocauit ⁊ postea occidit.3.q: ordi
nẽ honestatis puertit.Ueturo eniz reue
rẽtiaz exhibet ⁊ pñti nullã.Uñ similis ẽ
filiis q cũ ramis oliuax obuiauerũt xp̃o.⁊
postmodũ crucifixerũt.Qualiter ãt ad
cõionez accedẽdũ sit discere possimus in
esu agni pascalis.Comedebãt.n.iudei ac
cinctis.renibus.⁊ calciatis pedib9.bac
culos hñtes in manibus cũ lacticis acre
stibus.⁊ panibus azimis festinãter.per
primũ significat̃ puritas castitatis.Luc.
Sint lũbi vestri pcincti ⁊ lucerne.⁊c.p
2.affectus deuotiõis.Cañ.Quã pulchra
es in calciamẽtis.p.3.memoria dñice pas
sionis Geñ.In bacculo meo trãsiui ior
danẽ istũ.p.4.amaritudo cõtritiõis.ps
Cibauit nos pane lachrimax.p.5.prom
ptitudo bone volũtatis ⁊ opationis.pro
uer.Uidisti hoiez velocẽ in opibus suis
corã regibus stabit.Item quales debeãt
esse cõicãtes ondit̃ur in vestibus sacerdo
talib9.Requirũtur.n.ista iudiciũ discre
tiõis.mũditia castitatis.mortificatio car
nis.cõstãtia fortitudinis.pseuerãtia lon
ganimitatis.pfectio charitatis.primũ no
at̃ in superhumerale.2.in alba.3.in cinctu
ra.4.in fauore siue manipulo q portatur
in brachio sicut clipeus.5.in stola.6.i ca
sula.Corpus xp̃i sumit̃ velatũ accidenti
bus multiplici rõe.primo pp meritũ q̃s
tũ ad bonos.q: fm Greg.fides nõ hz
meritũ cui humana rõ p̄stat expimentũ
2.pp idignitatẽ.quo ad malos.Exẽpluz
de bethsamitibus q pcussi sũt cũ archaz
dñi il uiserũt.3.pp imbecilitatẽ quãtũ ad
oẽs.Nõ.n.possemus videre claritatem
corporis xp̃i glorificati.Exemplũ d Moy
se in cuius facie nõ poterãt intẽdere filii
israel qñ resplẽduit.4.pp vitandũ hor
rorẽ crudelitatis qui fieret si xp̃i carnẽ dẽ
tibus attractarem9.Tres sũt cause quare
laicis nõ dat̃ istud sacr̃m sub duplici spẽ
prima est q: possent creder̃ q totus xp̃s
nõ est sub vtraq3.2.pp piculuz.q: de fa
cili posset effundi sanguis.3.vt vitas rñ
deat vmbre.q: in lege nõ bibebãt etiam
offerentes de libamine.

De abstinentia a cõione.

Caplm. 17

a Bstinent qdam a cõione pp cul
pã ppriam ⁊ aliq sine culpa mor
tali.sed pp sacr̃i reuerẽtiã. sicut q sentiũt
se minus mũdos mẽte vl̃ carne. vel ẽt i
deuotos ⁊ isti bñfaciũt.dũmodo possint
iuste ⁊ sine aliox scãdalo superdere.Uñ
vbi nõ instat necessitas cõsulẽdũ est tali
bus vt de cõione expectẽt quousq3 pati
⁊ deuoti ac circũspecti possint accedere
Nulla tñ necessitas dz cõpellere vt ali
qs in peto mortali existens sciẽter cõicet.
Petm̃ facit idigne cõione tribus modis
aut in habitu vt qñ qs accedit nõ cõtritus
de peccato pterito ẽt cõfessus.Aut in ac
tu.vt qñ qs imutat formã sacr̃i.⁊ irreue
renter ipsũ tractat.Aut i pposito.vt qñ
hz volũtatẽ peccãdi in futuro.Propter
reuerẽtiã sacr̃i fit ẽt exclusio a cõione tri
pliciter.Primo pp reuerẽtiaz sacr̃i exte
rioris sic excludit pollutio ⁊ imũditia cor
poralis.Scdo pp reuerẽtiam rei cõtẽte
sub formis.sic excludit defect9 iudicii rõ
nis.vt in pueris ⁊ in amẽtibus. Tertio
pp reuerẽtiam rei signate.i.vnitatis cor

.6.

poris mystici. sic excludit vinculū interdicti vl' suspensiōis vl' excōicationis ēt iniuste. Sic igit' pp solā reuerētiaʒ sine oī culpa excludūtur multa a cōione. hoc pmo pʒ in pueris q tñ si sūt ppe etatē adultaʒ .s.10. vl'.12. annoꝝ ꝛ apparēt in eis signa reuerētie ꝛ discretionis pñt sumere. al's nō. Ideʒ pʒ in furiosis q excludunt' sine culpa q tñ cōicare pñt. qñ hñt lucida interualla. Itē cū qs hʒ lutuosas manus. lʒ huius nō sit culpa. tñ p sola reuerētia nō dʒ tractare corpus xpi. Tria genera hoium excludebant' in lege ab esu agni .s. in circūcisi q significant accedentes irreuerēter ad cōioneʒ. Legit' libro Reg. q pcussus est Oza. q tetigit archaʒ dñi. Itē alienigene. hi significāt infideles d quibus Gene. fera pessima deuorauit filiū meū. Itē imūdi qui significāt hñtes peccatū mortale. Vñ Isa. Mūdamini qui fertis vasa dñi. vñ v̄sus. Indigne sumis si sumis irreuerēter. vel nō chatolice vel hñs mortale scienter. Qui nō cōicat suo tpe multa mala incurrit. Primo q: talis multiplici vtilitate pnat' de q̄ supra dī d effectu eucharistie. Si.n. Raab saluata est. q: suscepit nūcios dñi multo magis q xpm suscipit. 2. q: cōstitutiōeʒ ecclesie trāsgredit'. statiʒ.n. ecclesia q q nō cōicat in pasca viuēs ab ingressu ecclesie arceat'. ꝛ moriēs careat ecclesiastica sepultura. Tertio q: maledictionē incurrit p uer. Vhe soli ꝛc. Sed hñ solus est q xpʒ nō hʒ. Quarto q: vices dño nō repēdit Aug. Verecūdū est illi hospiciū denegare q solet oēm pulsanteʒ admittere. Quito q: vires spūales perdit. Quilibet enīʒ q est sine mortali est mēbruʒ corporis mystici. Mēbrū aūt dʒ sustentari alimento corporis xpi veri. Aliogn effici' aridum sicut corporeū mēbꝝ ad qd nō transmittit' corporalis cibi nutrimētum.

De officio misse. Cap. m. 18

P Rerogatiuas plurimas hʒ missa pmo q: celebrat' a ieiunis. Scdo q: tñ in ecclesia ꝛ super altare. nisi qñqʒ pter necessitatem fit in alio loco honesto. Tertio q: oportet celebrantē esse sacerdotē. Quarto q: oʒ eum indui sacris vestibus. Quinto q: fit in die tm̄ ꝛ nō d nocte nisi in natiuitate domini. Sexto q: celebratur accenso lumine. etiam si sol luceret super terraʒ. Septimo quia ibi sonant verba dominica angelica ꝛ humana. Diuina quidam cum dicitur. vel cātatur pater noster. ꝛ euangelia. Angelica vero quando dicit' Gloria i excelsis deo ꝛc. Humana autem vt in collectis ꝛ huiusmodi. Octauo q: ibi audiunt' idiomata nobilissima .s. hebraicū. vt sabaoth ꝛ osanna. grecū vt kyrieleison. latinum in aliis. Nono q: missa tam plena mysteriis sicut celum stellis. ꝛ empireum angelis. Decimo q: sacerdos in solemnibus ecclesiis habent in missa sua plures ministros diaconum subdiaconum ꝛ accolitos. Undecimo q: angelis ibi existentibus in sufficientes sumus in presentia tāte maiestatis esse scholares. Duodecimo q: ibi est dominus celi ꝛ terre. Officium misse moraliter exponitur ita. Introitus significat inchoationem boni ꝛ duplicatur. quia in nostra inceptione debemus declinare a malo ꝛ facere bonum. quia kyrieleison. quod nouem vicibus variatur significat innocationem misericordie dei qua noueʒ modis indigemur primo tribus modis quantum ad peccatorum remissionem que committimus corde ore ꝛ opere. Secundis tribus modis q̄ tum ad gratie collationem fidei spei ꝛ caritatis. 3. tribus modis quantum ad glorificationem qua gaudebimus in deo super nos. de nobis ipsis. ꝛ iuxta nos de proximis. Gloria in excelsis deo significat gratiarum actionem. collecta deuotaʒ orationem. Epistola ꝛ euangelium noue ꝛ veteris legis obseruationeʒ. Graduale ꝛ alleluia vite actiue ꝛ contemplatiue perfectionem. Offerenda cōtribulati spiritus sacrificium. Secreta significat statum vie. Prefactio statum patria. Sanctus exaltationem angelorum presentiū. Canon transitum membroꝝ in corpus

xp̄i mysticū. Per nr̄ filiationē significat p grām. Agn⁹ dei liberatiōez p miām ⁊ triplicat᷑ vt liberemur a malis p̄teritis p̄ntibus ⁊ futuris. Cōio significat boni opis cōsumatiōez. Circa q̄dā alia q̄ sūt i missa nota significatiōz allegoricā. Intelligim⁹ eniz p altare crucē. p calicē sepulchꝛū. p patenā lapidē suppositū. p corpale syndonē in q̄ corp⁹ dn̄i fuit inuolutū. Nota etiā q̄ oēs misse sūt eque bone quātū ad op⁹ opatū. Una tn̄ ē melioꝛ altera quātū ad opus opans. Un̄ meli⁹ est audire missaz boni sacerdotis q̄z mali. Sicut i mēsa corporali eūdē cibū iocūdius sumim⁹ a mūdo ministro q̄z ab i mūdo. Nota q̄ piculū ē si celebrās missā vel manus tremulas. vel caducū morbū hz. aut delir⁹. aut idiota ē. Un̄ talibus ē iniūgēdū q̄ abstineāt a missa. Itē qn̄ aliqs ē celebraturus missaz bis nō dz sumere ablutionez i missa priori. q2 ad missā secūdā accederet nō ieiunus.

De negligētiis q̄ fiūt in missa. Cap. 19.

Si p negligētiaz euenerit q̄ plecto canonē nec vinū nec aq̄ reperiat᷑ i calice. statiz pfundi debet vtrūq3. ⁊ sacerdos iterabit cōsecratiōz ab illo loco. Simili mō ⁊ pficiet vsq3 ad finem ita tn̄ vt dimittat duas cruces q̄ fieri singulariter sup hostiā cōsueuerūt. Ul᷑ melius pōt dici q̄ aliā hostiā sumat. ⁊ canonez a principio icipiat. Qd̄ si de simplici vino vl᷑ aq̄ fiat ꝯsecratio. vinū reputabit᷑ p sacro. sz aq̄ nō. Si quid de sāguine ceciderit sup corporale vl᷑ palā altaris vel sup albā l᷑ casulā ꝓ illa rescidat᷑ ⁊ i loco reliquiaꝝ reseruet᷑ p̄us extracto sacro q̄z tū poterit ⁊ sūpto. Si n̄ abluat᷑ ⁊ sumat᷑ ablutio. Si vō sup terrā lapidē vl᷑ ligny ceciderit. ligēdus radēdus ⁊ extergēdus est locus ille. ⁊ puluis in sacro loco reponēdus. Porro si in ipsum sanguinē musca vel aranea ceciderit vl᷑ aliqd tale qd̄ vix sine vomitu vl᷑ mortis piculo sumi pōt. pfundat᷑ ⁊ lauet᷑ q̄z cautius potest i calice ⁊ ablutiōz sumat sacerdos. sz musca siue aranea sup piscinā cremetur. Quod si corpus siue de corpore xp̄i super palam altaris ceciderit vel sup vestimentū nō icidat᷑. sz vino abluat᷑ ⁊ a ministro sumat᷑. Sz si infirm⁹ corp⁹ dn̄i reiiciat susciplat᷑ ꝓut diligētius pōt. ⁊ sumat᷑ a sacerdote vel ab aliquo puero discreto ⁊ mūdo. si eger nō pōt illud resumere.

De penitētia. Cap. 20.

Penitētia ē vt ait Ambro. p̄terita mala plāgere ⁊ plāgēda iterū nō cōmittere. Itē Gre. Pn̄ia ē añ acta pctā flere. ⁊ iteꝝ flēda nō cōmittere Pn̄ia diffinit᷑ p duplicē actū. vnū qui ē respectu p̄teriti. s. p̄terita plāgē. alterū respectu futuri. s. plāgada nō cōmittere. primus act⁹ ē i re. secūd⁹ i ꝓposito. Penitētia duplex ē. q̄dā iterioꝛ tantū. ⁊ hec est de iure naturali. quedaz exterioꝛ q̄ fit ad arbitriū hois. prima nō ē sacramētū pro p̄te. 2. vō sacr̄m ē. Nō eni penitētia p se suscepta. dr̄ ꝓprie sacr̄m eccle. cuz talis ēt añ baptismū possit fieri. sz pn̄ia iniuncta p mīstros ecclesie sacr̄m ē. Notādu3 quoq3 ē fugē p peccatis ꝓpriis ē actus penitētie q̄ est virtus iustitie. sz lugere p peccatis alienis siue malis est alteri⁹ virtutis. s. misericoꝛdie. Lugere vō p bonis eternis ē act⁹ tertie beatitudinis. de q̄ dr̄ Beati q lugēt. ⁊c. De duratiōe penitentie sciēdū q̄ exterioꝛē nō opoꝛtet esse ppetuā sed de interioꝛi distinguit᷑. Est enim penitētia iterioꝛ s̄m habitū. ⁊ hec dz esse ppetua. Alia est s̄m actū ⁊ hāc nō opoꝛtet esse ppetuam. Semper eniz tenet᷑ qs ad interioꝛem pn̄iaz habitualē q̄ vellet ⁊ vult de cetero nō peccare. Sz exterioꝛez pn̄iaz n̄ sp̄ tenet᷑. Itē ali⁹ ē doloꝛ rōalis q ē pcti detestatio. a'l⁹ sensualis q ē passio ⁊ prim⁹ doloꝛ sp̄ dz cē i pn̄ia. scd̄s nō ē de necessitate. Itē q̄zuis hō n̄ sit cert⁹ de pcti remissiōe. tn̄ n̄ oz pp h̄ pn̄iaz exterioꝛē ē ppetuā q2 nō exigit᷑ i talib⁹ certitudo sciē. sz sufficit scia cōiecture ꝓbabilis vt ē qn̄ hō fecit ꝓbabilit᷑ qd̄ debebat. dolēdo cōfitēdo. satisfaciēdo. emēdādo. Cū in oī sacro noue legis sit aliq̄ mā visibilis elementū q̄ est signū ⁊ cā grē sic etiā

i sacro pnie deb3 esse. sed tūc materia sen sibilis large sumit̄ p omni re. siue res il la sit exterior suba. siue actio humana. Vñ fm hoc in pnia put est sacrm sunt res ⁊ verba. verba qdem in cōfessiōe ⁊ absolutione sūt. res aūt est ipsa actio hu/ mana. Ad intelligēdū ista plenius nota q sicut in medicinis corporalibus qdā cō sistunt in sola passione curati. vt est sectio vulneris. qdam vero in actione. vt est ex ercitatio corpis. Ita in sacris qdam cōsi stunt in passione eius q sanctificat̄ ⁊ nō in actione nisi p accidēs. vt baptismus. cōfirmatio. eucharistia. extrema vnctio ordo. Quedā vo cōsistunt in actu eius q sanctificat̄. vt pnia ⁊ mrimoniū. In p̄ mis ergo q̄ sine actu nostro opant̄ requi ritur exterior materia q̄ significat ⁊ cām ⁊ rē sacri. In aliis vo ipse actus noster ē p materia sensibili. Similiter ex p̄dictis patere pōt q quoddā est in hoc sacr3 cā tm̄. vt actus penitētis exterior qddā est res tm̄ vt remissio pctōr. quoddā res ⁊ sacrm vt cōtritio interior.

De qualitate pnie. Cap. 21

Est pnie qdā vera. Augu. Pnia vera est penitēda nō cōmittere ⁊ cōmissa deflere. Quedā est falsa Isido. Irrisor est ⁊ nō penitēs q adhuc agit qd peniteat. Quedā est coacta. ps. Cōuersus sū i erūna mea ⁊c. Quedā est sera. Aug. Si tūc penites qn̄ peccare nō potes. peta dimiserūt te nō tu illa. Que/ dā iniqua. Math. Judas pnia ductus ⁊c. Queda3 desperata. Sapien. Pre an gustia spūs gemētes dicētes intra se pe/ nitētiā agentes. Quedā sancta ⁊ merito ria. Ber. O felix penitētiū humilitas. O cōfitētiū bona spes q̄ facile vincis in vin cibile3. q̄ cito tremabūdū iudicē cōuer/ tis in pussimū prēm. Deb3 pnia eē ama ra. Hiere. Planctum vnigeniti fac tibi. Volūtaria. Aug. cū gaudio d3 facere im mortalis futurus quecūq3 faceret hō p differenda morte moriturus. Perfecta. Aug. Nulla pnia sera dūmodo va. Ac/ celerata pucr. Ne tardes querti ad dn̄.

Perseuerans. Cañ. Laui pedes meos qūo inquinabo illos. Fortis Hiero. Lic3 i limine iaceat pr. l3 mater vbera qbus te nutrierat ondat p calcatū pge prēm ⁊c. Ite3 pnia d3 esse refectio spūalis cū xpo semp victuro. nō cū lazaro ite3 moritu/ ro. Pnia d3 eē pmpta ⁊ nō dilata. Vt illud. Expectaui vt faceret vuas ⁊c. pri/ mo. s. ne infructuosi simus. Unde Isa. Expectaui vt fa. v. facit aūt spi. Scdo q2 ad magna vocamur. gen. Ego ero mer ces magna. Tertio ne ab eternis nuptiis excludamur sicut factū est fatuis vgini/ bus q̄ differebāt se pparare. 4. ne ab hosti bus ipediamus sicut fi ii israel a pharao ne ne egrederētur de egypto. 5. q2 relin quere petm̄ ēt penis opellimur. Greg. Cōtēnendus eēt mūdus ēt si reb⁹ pspe ris abūdaret. At cū tot aduersitatibus aīum pulsat. cū tot calamitatibus igemi nat. qd aliud q̄ vt nō amet̄ clamat. 6. ne blāde seducamur sicut auis p fistula3 au cupis. ⁊ sicut piscis p escā in hāmo. ⁊ si cut vrsus p mel. 7. ne morte pueniamur Gre. Nihil certius morte ⁊c. 8. ne osue tudie teneamur sic arbor d facili nō euel lit̄ cu3 bn̄ radicat̄. Jere. nūqd ethyops pōt mutare pellē suā ⁊c. Ad agēda3 pe/ nitētiā mouēt qttuor de qbus Ber. Ni mis durū est cor qd nō emoliūt bn̄ficia nec terrēt supplicia. nec aliciūt promissa nec castigāt flagella. Impedimēta pnie sūt hec. s. Pusillanimitas aggrediēdi ta les sūt sicut equus vmbraticus q truco vl̄ vmbra terret̄. Pudor ofitendi. sed si cut ait Aug. Verecūdia magna pars pe nitētie est. Honor satisfaciēdi. sed otradi cit Apost. Hoc momētaneu3 ⁊ leue tri/ bulat cor. Delectatio peccādi. sed tpale est qd delectat eternu3 qd cruciat. Spes diu viuendi. sed dn̄s dicit q securis ad ra. ar. po. est. Desperatio grām obtinen di. sed otradicit Ezech. Quacūq3 ho/ ra ingemuerit peccator. Timor recidiuā di Aug. Qn̄ cecidi erexit me qn̄ steti te/ nuit me. qn̄ iui duxit me. Ita loquitur d deo. Exemplū delinquendi. sed stultus 74

qui videt aliquē cadentē in foueā si nō sit in eodē loco cautior. Cōsuetudo peccādi sicut balaā cōsuetus mōstris nō curauit q asina loquerer. Cōfidentia de dei misericordia q qñ penituerit ipsuz recipiet sed hoc est peccare in spm scm. Grego. Misericordiā dei debemus saltē erubescere si iustitiā nolumus formidare.

De effectus penitentie. Cap. 22

P Er pniam absoluit homo a petō restituit ecclie. recōciliat xpo. donis spūaliter ditat. de filio diaboli filius dei efficit. paradisus dei apitur. Hec est q angelos letificat. ipūi iustificat. amissa bona reuocat. vitā eternā donat penaz eternā vitat. Itē pniaz est secūda tabula post naufragiū. ad quā peccator pōt recurrere dū viuit in statu vite pñtis. qñcūq3 τ quotiēscūq3 diuinā misericordiā voluerit implorare. Duplex est naufragiū. s. peccati originalis τ actualis. sed de primo liberamur p tabulā baptismi q ꝟtutis efficaciā accepit a tabula crucis xpi. De scdo aūt liberamur p tabulā pnie quā dina clemētiā ꝓuidit hoi q: p petō actuali nō pōt iterū baptizari Nota q a reatu peti liberamur p grām a sequelis āt petōꝝ p penitētiā τ ptes penitentie. a miseria ꝟo p gloriā. Itez nota qualr opa mortificata viuificāt. q: lz verū sit q a priuatione ad hītuz nō sit regressus i vita nāli. nō tñ ē verū i vita morali. Nā a ꝑuatōe ad hītū volūtari⁹ ē regressus. s. a morte culpe ad vitā grē. Vñ dicēdū est q sicut petā actualia trāseūt actu τ remanēt reatu. ita bona opa transeunt actu. τ remanēt merito. Scdm āt q manent dñr mortificari vl viuificari. Bona igit opa q̄diu cōiuncta sūt radici merendi. s. charitati dñr viuere. qñ ab illa sepant dñr mori. qñ reuertūtur dñr viuificari. q: reddeūt ad statum sue origi nis. vz grē charitatis. τ q: valent ad maiorem rectificationem charitatis.

De partibus penitentie. Ca. 23

P Artes pnie integrales sūt tres. s. Cōtritio. Cōfessio. τ Satisfactio. q̄uis enim cōplemētum peti possit esse i actu solū τ oris τ cordis solū vl triū sit tñ ad pfectōez pnie exigit hoꝝ triuz aggregatio. Licet ad esse simplr sufficiat cōtritio in actu. τ cōfessio τ satisfactio in ꝓposito. Nō. n. in his q hñt eē successiuū exigit q ptes integrales sint simul. sz exigit hoc in toto q hz esse pmanens. Qd aūt sint tres ptes penitentie sic oñditur. Pnia. n. est quoddā spōtaneuz iudiciuz in quo cōtritio est quasi q̄daz citatio vbi segtur rei añ iudicē spōtanea ɔfessio. Deinde segtur p iudicē imposite emēde solutio. Sed in hoc differt iudiciū fori a iudicio poli. q: ibi cōfessus in iure ɔdēnat τ hic absoluit. Alia est ptium istaꝝ sufficiētia. q: oē petm̄ cōmittit corde ore vel ope. iustū ē. vt p ɔtrariū curet. s. vt peccator culpā aīo detestet. ꝟbo exprimat. τ facto puniat. Itez p petm̄ offendit hō deū eccliaz τ seipsuz. sed p ɔtritionē recōciliat deo p cōfessionē ecclie. τ p satisfactionē sibi. Itē iste tres pnie ptes sūt diete qbus itur ad terram ꝓmissionis. de qbus dr Exo. Ibimus viā triū dieꝝ. Itē iste tres ptes significāt tres mortuos moraliter quos dñs suscitauit. qm̄ p cōtritio nē suscitat puella in domo p cōfessionez iuuenis in porta. p satisfactionē Lazarus in sepulchro.

De contritione. Cap. 24

C Ontritio ē dolor volūtarie p peccatis assūptus cū ꝓposito cōfitendi τ satisfaciēdi. hec diffinitio magistralis est. τ ponit ibi dolor p gñe. volūtarie assumptus ponit ad drīam doloris naturalis. qui nō est meritorius. pro peccatis. ponit ibi mā doloris ad drīam doloris inuidie q est in bono alieno. Sic ergo diffinit cōtritio ꝓut est actus virtutis. sed ꝓut est pars sacri penitētie oz q aliqd in ɔpatione ad alias ptes addat. τ ideo ponit cū ꝓposito cōfitēdi τ satisfaciēdi. Nota q cor dr durū qñ diuīe inspirationi se tāgēti. nō cedit. sed obuiat in affectu peccati demorando. Frāgi ꝟo dr qñ incipit a ꝓposito peccādi resipiscere.

lʒ nō̃ dūʒ totaliter ɔuertatᷣ. Cōuerti vero
dr̄ qñ vōlūtas ꝑfecte ab effectu peccādi
resilit. In contritione duplex est dolor.
populi ⁊ adorabūt atqz laudabūt eum.
Ecclesia. n. nō faciet tunc miracula. De
hoc mō decipiēdi dicit p̄s. Insidiat̄ i ab
scōdito q̄si leo in spelūca sua. Glosa. Re
cte antixp̄s cōparat̄ leoni existēti in spelun
ca. q: i eo vis ⁊ dolus operat̄. vis. n. per
leonē. dolus p̱ spelūcā intelligit̄. Greg.
Pensem⁹ que erit humane mēti illa ten
tatio qñ pius martyr ⁊ corpus tormētis
subiiciet. ⁊ tñ tortor ante eius oculos mi/
racula faciet. Sicut. n. antixp̄s finget se a
mortuis resurgere. ita quoqz finget se ad
celuz ascendere. Apoc. 13. Et plaga mor
ti eius curata est. Glo. Arte magica ascē
det antixp̄s in aera ferētib⁹ eū demoni/
bus. Faciet arbores cito florere ⁊ aresce/
re. mare turbari. naturas in diuersas fi/
guras mutari. mortuos etiaz in cōspectu
hoium suscitabit. Tertio decipiet p̱ mu/
nera. Ipse nāqz antixp̄s iueniet thesau/
ros absconditos p̱ quos ad sequēdū se i
clinabit plurimos. Ditabit ei bonis diui
tes huius seculi. ⁊ tūc eoꝝ falsā securitatē
ad decipiēdū eos ondet. Qarto cōpellet
per minas ⁊ tormēta quos aliter vincere
nō poterit. Tāta vero sicut ait dominus
tūc erit tribulatio vt in errorem ducant̄
si fieri pōt ēt electi. ⁊ hoc innuit̄ in Apoc.
vbi dicitur. Pedes eius similes aurical
cho. sicut in camino ardēti. Per pedes
vltima xp̄i mēbra. Per caminū verore
mēs tribulatio designat̄. Exibebit. eniz
cuncta que in precedētibus martyribus
impleta sunt genera tormētorum sed i il/
lis regionibus tūc fideles maxime sūt ve
xādi ⁊ vehemētius vbi dñs fuit crucifi/

xus. Et dicit haymo sup Apoc. Illa temtatio nō ꝑ ptes. sed simul totū examinabit mūdum. Soluētur. n. demones qui modo ligati sūt. nec pñt nocere quātum vellēt. Fideles illo tpe non p̄dicabunt' qꝛ tāq̄ȝ excōicati habebunt tunc boni. nec vēdetur eis nec emet ab eis. nisi habeāt caracterem. i. signū aliqđ ad lrām. vt ad hertes sibi cognoscātur. ⁊ alii iterficiant Aut nomē bestie. i. cōfessionem oris. aut numerū nois eius. i. multiplicationē operum. vt habet in apoc. Sicut. n. antixp̄s erit crudelioꝛ oibus ꝑsecutoꝛibus. ita sci tunc tpis foꝛtioꝛes erūt omnibus retro martyribus.

De sequētibus antixp̄m. Cap. io

p Redictis q̄ttuoꝛ modis antixp̄s multos ad se trahet. Vñ Apoc. iz Cauda eius trahebat tertiā ptem stellaꝝ. ⁊ misit eas i terrā. Trahet āt malos ꝑ mūera bonos ꝑ toꝛmēta. simplices ꝑ p̄dicationeȝ ⁊ miracula. qui. n. sancti ⁊ iusti credebātur adherebūt ei ꝓ suo arbitrio voluntatis. Habebit secuȝ malos ⁊ maleficos. reges quoqȝ pꝛicipes. Vñ Apoc. iȝ. Vidi de mari bestiā ascendētē Glo. i. antixp̄m hñtem capita septē. i. p̄ncipes vniuersos ⁊ coꝛnua decē. i. eos qui impugnant decalogū. Nota igit̄ ꝙ antixp̄s veniet in benignitate ⁊ miraculoꝛuȝ opatione. ⁊ tūc a iudeis suscipietur ꝗ ei spāliter adherebūt ad quoꝝ cōuersioneȝ veniet Helyas ⁊ Enoc. ⁊ antixp̄s tunc in aptam ꝑsecutionem cōsurget.

De Gog ⁊ Magog. Cap. II

d E gog ⁊ magog. dicūt qdam ꝙ sūt decē tribu intra mōtes caspios clause nō ita tñ qn exire possēt si ꝑmitterent. sed si ꝑmittūtur a regina amazonū sub cuius regno ⁊ dictione viuūt. Has dicūt iudei i fine exituras ⁊ vēturas in hierusalē ⁊ cū suo messia ecclias destructuras. Alii dicūt ꝙ ꝑ gog ⁊ magog. intelligit̄ exercit9 antixp̄i ꝗ in fine seculi veniet expugnare ecclesiā. ꝑ Gog fm glo. illi ⁊ ꝑ quos latenter diabolus ꝑsequetur fideles designāt. Per magog illi quos apte ecclesia oppꝛimet. vel ideo ꝗ tempoꝛe antixp̄i pꝛius occulte ⁊ post modū aperte ecclesiā persequerētur. Secūdū Aug. gog. refert ad gētes magog ad diabolū. qꝛ gog interpꝛetat̄ occultatio. ⁊ magog. deiectio.

De Helya ⁊ Enoch.

Caplm. iz

i Nter occultū aduentū antixp̄i ꝗ ē ꝑ natiuitatē ⁊ manifestum ei9 aduētum qui est ꝑ pꝛedicationem ⁊ aptem persecutionē. veniēt Helyas ⁊ Enoch ⁊ conuertēt sicut dr̄ Malechie vltimo coꝛda pr̄um in filios glo. qui suscipient fideȝ quā illi habuerūt. vñ ⁊ xp̄iani ⁊ iudei pariter tūc in xp̄i religione consentient. De eoꝝ pꝛedicatione ⁊ scā conuersatione dr̄ Apoc. ii. Dabo duobus testibus meis. s. Helye ⁊ Enoch. ⁊ ꝓphetabunt. i. pꝛedicabūt. 1 2 4 6. i. tribus annis sicut ipse xp̄s p̄dicauit amicti saccis. Glo. pꝛedicātes pniam exemplū ostendentes hi due oliue ⁊ duo candelebꝛa. Glo. i. lumē dantes aliis. Tandem antixp̄s occidet eos in hierusalam. ⁊ iacebūt coꝛpoꝛa eoꝛum in plateis tribus dieb9 ⁊ tribus noctibus cū dimidio. qꝛ nullus audebit coꝛpoꝛa eoꝝ sepelire pꝛopter metū antixp̄i. Occisoꝛes aūt eorum erunt valde leti pꝛopter moꝛtem eoꝝ. Post dies tres ⁊ dimidium resurgent. ⁊ eoꝛū occisoꝛes audiēt vocē talē Helyas. ⁊ Enoch ascendite huc. ⁊ ascendent in celum i nube. antixp̄s regnabit post moꝛtem illoꝝ quindecim diebus.

De duratione huius ꝑsecutionis.

Caplm. iȝ

r Egnabit antixp̄s sicut dicit glo. sup Apoc. tribus annis cū dimidio. Unde Dañ. ii. Iurabit angelus ꝑ viuentem in eternum ꝙ in tp̄s. s. vnius anni ⁊ tpa. i. duoꝝ annoꝝ. ⁊ dimidium tpis. i. dimidiū anni. Glo. Hoc spacio dicit̄ duratura desolatio antixp̄i. Nisi aūt vt dicit̄ in Math. breuiati fuerūt dies illi nō fuisset salua ois caro. Qꝛ enīȝ ⁊ superbos ⁊ infirmos dicit aspicit

deus dies quos similit malos intulit mi sericordit breuiādos. Dicit glo. sup ma the. Hec tribulatio q̄to ceteris grauior tanto breuitate moderatior.

De morte antichristi.

Capl'm. 14

p Otestate sua dn̄s occidet antixp̄z sicut dicit glo. sup Apo. siue per se siue p Michaelem. Occidet aūt in mō te oliueti in papilione ⁊ in solio suo in lo co vl' circa quē dn̄s ascendit in celuz. In terfecto antixpo nō statim veniet dn̄s ad iudicium. sed ɓm glo. sup Dan. cōceden tur. 45. dies. in refrigeriū sanctoꝝ ⁊ ad cōuersionē ⁊ pniam subuersoꝝ. Quātū aūt spaciū sit inter illos. 45. dies ⁊ finez mūdi nemo scit. Ministri vero antixpi post illius gaudebūt ducentes vxores ⁊ dicētes. lz princeps noster mortuus sit ha bemus tn̄ ptātem pacem ⁊ securitatem cū talia dixerint repentinus ei supueniet interitus. Iudei v̄o tūc cōuertētur ad fi dē. Sancta ecclesia vsqz ad finē pacifica ta quiescet. q: ex tūc fraudulentia ⁊ seuicia diaboli penitus vbiqz deficiet.

De cōflagratione mundi.

Capl'm. 15

Gnis p maximus p̄cedet faciez iudicis q virtute diuina nō solum ignis q est in spera sua sed omnes ignes q in terra ⁊ sup terrā sūt ɔcurrēt ad mū di cōflagrationē. Ignis aūt iste habebit offm̄ quattuor igniū. s. ignis infernalis re probos puniēdo. ⁊ ignis purgatorii bo nos a venialibus purgādo. ⁊ ignis terre stris vegetabilia ⁊ sensibilia ɔsumēdo. ⁊ oium hiūm corpora incremādo. ⁊ ignis elemētalis elemēta subtiliando. ⁊ ad ino uātionē disponēdo. Per illū igit' ignem ita facies terre exuret' q̄ figura mūdi pi bit. sicu toliz factū fuit p diluuiū. Et me rito pmum dei iudiciū fuit p aquā cōtra ardorē luxurie q tunc viguit. Ultimū v̄o p ignem erit ɔtra torporē charitatis que tūc quasi senescēte mūdo refrigescet. Isti us ignis actio erit successiua. hēbit enim initium mediū ⁊ finē. Primo nāqz iudi cis aduentū ɔuenient ⁊ quasi simul fiet p illuz purgatio iustoꝝ ⁊ punitio malorūz ⁊ cineratio corpoꝝ cū cōsūptione terre nascentiū sicut dictū est. Quo facto statiz rit resurrectio corpoꝝ cū aduētu iudicis e ad iudiciū. ⁊ tūc inflāmabit' totus mū dus p circuitū. Terminato v̄o iudicio to ta caliditas illius ignis exequet' sniam iu dicis. Inuoluet eni peccatores ⁊ trahet i infernū. Et ita pz q̄ ignis ille aduentū iu dicis precedet ⁊ comitabit' ⁊ sequet'. p⁹ predicta fiet mūdi innouatio. Sed inter purgatōz ⁊ inouationē multiplex ē dr̄a Primo q: purgatio erit qualitatū pena lium detractio. sed innouatio erit pulchri oris forme inductio. Sec̄do q: purgatio ē elemētoꝝ ab impuritate quā hn̄t ex ɔmi ctione ad puritatez mutatio. Innouatio vero est a statu veteri in statum nouū cō mutatio. ⁊ hoc est. p cessationem a motu In celis eniz pp immixtionē nulla ipu ritas est. sed imp̄fectio motus. Un̄ non erit in eis purgatio p ignem sed a motu cessatio. Ita aūt purgabūtur elemēta q̄ precidet' ab igne vis cōbustibilis ab aere obscuritas. ab aqua glatialis frigiditas. a terra v̄o grauitas ⁊ opacitas.

De resurrectione generali.

Capl'm. 16

d Eus. n. sicut potentissimus est in cōditione naturarū. ita est clemē tissimus in collatione grārum. ⁊ iustissimus in retributōe stipēdioꝝ. Ois igit' homo q̄cūqz i aia simul ⁊ i corpore meruit vl' demeruit puniet' vel premia bit' in vtroqz. Un̄ in eisdē ip̄z oportet re surger'. Ad vocē āt tube resurgēt mortui sicut dicit Apo. Duplex aūt intelligit' il la vox. ɓm aūt quosdā vox tube est im periū xp̄i resurgere impantis. ɓm alios vox tube est manifesta xp̄i appitio. Un̄ Gre. Tubā sonare nihil aliud est q̄z mū do dei filiū mōstrare. Resurgent. n. oēs nulla in eis exn̄te dr̄a q̄tum ad ordinez tpis. sed magna quātum ad ordinem di gnitatis. Nā mali resurgēt deformes ⁊ passibiles. In bonis natura saluabit' ⁊ vi

tia retrahentur. Omnes vero tam mali q̄3 boni resurgent integri corpore debita statura s̄m etatē plenitudinis xp̄i. Resurrectio igitur tria corrigit in natura .s. defectum sicut in pueris. ⁊ inutilitatis sicut in diminuta natura membrorum super fluum vnguiū criniū ⁊ hmōi errores sic in mōstruositatē membrorum. Resurgent quoq3 corpora eadē natura q̄ prius erāt ⁊ eodē numero ex eodē puluere in quem reducta fuerant ita q̄ in quascunq3 oras vel sinus puluis ille dispersus fuerit. ad candē aiam redeat que ipsu3 prius vt viueret ⁊ cresceret animauit. Nec solū surgent corpora q̄ntum membra principalia sed ēt saluis capillis ⁊ ceteris membris que faciunt ad decorem. Resurgent etiā hoīes q̄ntum ad esse ⁊ q̄ntum ad integrum esse. ⁊ resurget vnoquodq3 corpus ī optimo suo esse. Et q2 duplex est mors.s. anime p culpā. ⁊ corporis p penam. duplex est resurrectio.s. aiam p grattiam ⁊ corporis p gloriam. In resurrectione cōcurrēt quatruor cause.s. efficiens.i. ipse deus materialis.s. pulueres formalis.s. ꝯiunctio corporis ⁊ aīe. finalis.s. vt recipiat vnusq̄sq3 ꝓut gessit siue bonū siue malum. Resurgent tunc homines velociter. integraliter. socialiter. eternaliter. Et erit ista resurrectio iusta quantu3 ad deum. perfecta quantum ad resurgētes miraculosam quantum ad ipsam resurrectionem.

De iudicio extremo.

Capl'm. 57

Post resurrectionē statim erit iudicium. Ipsu3 vero iudiciū p̄cedet trina citatio. Prima fuit p prophetas. Unde i llud vocaui ⁊ renuistis. Scd̄a p apostolos ⁊ p̄dicatores. Luc. Misit seruos suos hora cene ⁊c. Tertia erit p vltimam vocem tube ⁊ hec citatio erit preceptoria s̄m Ricardum. Triplex est iudicium. primū est vniforme hoc est iudicium p̄ntis ecclesie que non iudicat nisi de sola qualitate retributionis in genere .s. q̄ bona bonis. ⁊ malis mala reddant' sed numerum ⁊ quantitatem retributionis nescit. Scd̄m dicit' multiforme.s. q̄d quilibet expitur in morte accipiendo sententiā de oībus bonis ⁊ malis que gessit sed nō oīa bona vel mala statim recipit q2 recipit in aīa tm̄. ⁊ nō in corpore. 3. d'oiforme.s. vltimum iudicium qn̄ recipit vnusquisq3 s̄m numerum ⁊ quātitatē siue bona siue mala in corpore ⁊ in anima. Ultimum iudicium est horribile ex omni parte q2 supra est iudex austerus. subtus. patens infernus. intus cōsciētia remordens. extra mundus ardēs. a dextris peccata accusantia. a sinistris demonia terrentia. cōtra illos boni angeli in infernu3 ꝓpellētes ⁊ oēs sancti iudicis sententiam approbantes. oēs mali cū bonis peccata dānatorum cognoscentes. De qualitate iudicii nota q̄ erit horribile. Luce. Uirtutes celorum mouebunt'. Intolerabile. Job. Quis mihi tribuat vt in inferno ꝓtegas me ⁊c. Ineuitabile. Apostolus Oēs nos oportet ma. ante. tribu. xp̄i. Inopinabile. q2 dies dn̄i sicut fur. ita in no. ve. Inexorabile. puer. Qui obturat aures suas ⁊c. Erubescibile. Apostolus. Quē fructum. ha. tunc in illis in quibus eru. Predicta v̄o erubescētia erit ī duobus. primo in veniēdo ad iudiciū. q2 mali cū hēant corpora ponderosa o3 eos illuc portari ab angelis sicut Abacuc portatus fuit ad lacū leonū in babylone3. 2. stando coram iudice. q2 peccata eorum oībus hominibus erunt manifesta. Unū illud. Reuellabo pudēda tua in facie ⁊c. Locus iudicii erit in valle. Josaphat. ⁊ hoc multiplici rōne. Primo q2 locu3 iudicii o3 esse cōem. ⁊ ille hmōi est. cū sit q̄si medius nostre hitationis locus. 2. q2 debet esse publicus est famosissimus pp opa nostre redēptiōis que ibidem gesta sunt. 3. competit locus ille ratione negocii. quia tractandum est ibi opus misericordie ⁊ iustitie. Mons autem oliueti qui est apud illam vallem designat misericordiā. Josaphat q̄d interpretat' iudicium designat iustitiam.

De iudicantibus.

Capitulū. 18.

Non solū ſm poteſtatē diuinā. ſed in forma humana xp̄s iudicabit. q: in iuriſditiōe ordinaria iudicabit. vt deus cū tota trinitate. ſ3 in iuriſditione delegata iudicabit vt hō. Un̄ nota ꝙ quinq3 ſūt modi iudicādi. Primus modus ē prime auctoritatis quo iudicabit tota trinitas. Sc̄ds modus eſt ſubauctoritatis quo iudicabit xp̄s vt hō. Terti⁹ eſt acceſſorie dignitatis quo iudicabūt apoſtoli ⁊ viri pfecti q cū iudice emīnēti⁹ reſidebūt. tāq3 melius ſciētes leges ⁊ cōſuetudines regni dei. qb⁹ iplendis ⁊ ſciendis opa dederūt. Quartus ē approbationis quo iudicabūt oēs ſancti ⁊ ēt angeli. Quintus modus iudicādi ē culpā iudicādorū manifeſtare. ſic etiā mali iudicabūt. Judicādo xp̄s habebit duos actus oppoſitos. vnu3 paſſiue ⁊ aliū actiue. Primus vero ē infirmitatis ⁊ ali⁹ poteſtatis. Jn primo aūt aduentu xp̄s venit ad iudiciū paſſiue. Jn. 2. veniet ad iudiciū actiue. Jn pmo venit in forma infirma. Jn ſecūdo apparebit i forma glorioſa. Hinc ē ꝙ xp̄m videbūt iuſti in iudicio tā in natura diuinitatis q̄ humanitatis. a malis autē nullo mō videri poterit in forma diuinitatis. ⁊ hoc duplici rōne Primo pp defectū diſpoſitiōis in ipſo vidēte. q: natura ſin̄ gratia nō ſufficit ad dei viſionē. Sc̄do propter dementiā delectatiōis que ē in diuinitatis viſiōe. quia videre dn̄m ſm Jo. vita eterna ē q̄ n̄ poteſt cōicare reprobis. Ex p̄dictis patet ꝙ xp̄s apparebit blādus iuſtis. ⁊ terribilis iniuſt̄is ſicut dicit Gre. Q̄d figuratum eſt in colūna nubis i die ⁊ ignis i nocte. Uidebūt mali humanitatē xp̄i. vt timeant. ⁊ nō diuinitatē vt gaudeāt. Boni āt vtrāq3 xp̄i nāā videbūt. Stigmata quoq3 xp̄s mōſtrabit. ⁊ inſignia paſſiōis ci⁹. ſ. crucē3 clauos ⁊c. Sedebit aūt xp̄s in eminētiori loco cū ſanctis. mali vō ſubt⁹ in terra quā dilexerūt. tūc xp̄s iudicium exercebit. tum q: vere ſcit merita ſingulorum in quo ſūt oēs theſauri ſapiētie ⁊ ſcientie dei abſcōditi. tū q: nō eſt reus ſit per aliquo illoꝝ de qbus iudicabit. Non eni3 fecit peccatū nec inuentus eſt dolus in ore eius. ⁊ hec duo precipue decent iudicem.

De iudicandis.

Capitulū. 19.

Ordines q̄ttuor in iudicio erunt. Quidā. n. iudicabūt ⁊ dānabūt vt quoꝝ merita dānabilia pmixta ſūt aliquibus bonis. ſicut illorū q habuerūt fidē ſine operib⁹. Quidā iudicabunt ⁊ ſaluabunt vt quorū merita bona pmixta ſūt aliqbus venialib⁹ malis. Quidā nō iudicabūt ⁊ damnabunt. vt quoꝝ mala merita oīno ipmixta ſūt bonis vt q caruerunt fundamēto fidei. Quidā vero nō iudicabūt. ſ3 iudicabūt ⁊ ſalnabūt. vt quoꝝ merita bona ipermixta ſūt malis ſicut pfectorū paupum chriſti. De qb⁹. Math. 19. Uos q reliqſtis oīa ⁊ ſe. e. me. ⁊c. De predictis quattuor ordinib⁹. nota ꝙ oēs iudicabūt iudicio retributiōis ſed nō iudicio dānatiōis. Jnfideles enim q: nō fuerunt ciues ciuitatis dei tāq3 hoſtes ſine vlla meritorū diſcuſſione ⁊ audientia punīet. Juſti vero non iudicabūtur vt eoꝝ merita de nouo dēſcutiāt an bona vel mala ſint. ſ3 vt bonorū p̄eminētia oībus manifeſtet ⁊ vt cōtra malos appareat iuſta ſnīa dānatiōis Due ſnīe ferent in iudicio vna ꝓ bonis alia cōtra malos. Snīa ꝓ bonis ꝯtinet. 7. clauſulas. prima ē a malis vocatio ibi venite. 2. eſt bn̄dictio. ibi. bn̄dicti. 3. ē pr̄na dilectio. ibi. pr̄is mei. 4. ē remuneratiōis retributio. ibi. pcipite. 5. ē regni aſſignatio. ibi. regnu3. 6. ē glorie pparatio. ibi. q̄d vobis patū ē. 7. ē eterna p̄deſtinatio. ibi. ab origine mūdi. Jtē ſnīa ꝯtra malos cōtinet in ip̄a ſex clauſulas. pma a deo ſepationem cū dr̄. ite. 2. dei maledictiō3. ibi. maledicti. 3. icarceratiō3em per hāc ꝓpoſitiōe3 i. deſignatā. 4. pene acerbitatē. ibi. ignē. 5. liberatiōis deſperationē ibi. eterni. 6. demonū aſſociatione3. ibi. q paratꝰ eſt diabolo ⁊ angelis eius.

De inouatiõe mũdi.

Caplm. 20.

t Erminato iudicio statiz erit ĩno/
uatio mũdi q̃ nõ cõplebit ꝙdiu
pctõr ẽ i mũdo.i.quousq3 detrudat i i/
fernũ. Sicut.n.ille maxim⁹ ignis ẽlemẽ
ta purgabit cũ hẽat ỽtutẽ expulsiuã for/
me extranee. sic mũdũ ĩnouabit cũ hẽat
virtutẽ subtiliatiuã. Mundum aũt ĩno/
uari.i.pulchriorẽ formã accipe debẽ oñ/
dit multiplici rõne. pͥmo q: sicut dignuz
fuit ꝙ elemẽta purgarent ꝑ eo ꝙ ĩfecta
erãt ꝓꝓ pctm̃ hoĩs. ita dignũ ẽ vt mũd⁹
ĩnouet ꝓꝓ glorificatiõez hoĩs.2.vt crea/
ture remunerẽt ꝑ labore quo homini s
uierũt.3.vt totus mũdus ꝑut ẽ polez cõ
formet hoi glorificato.4.q: mũd⁹ fact⁹
est vt hõ ꝑ speculũ creature nũc deũ co/
gnoscat quem i sua nã videre nõ potuit
Vñ in futurũ oz speculũ meliorari ⁊ pur
gari ut in pulchritudine creaturaꝝ ampli
us refulgeat spẽs creatoris. hoc autez nõ
erit ad necessitatẽ qu deus alr videri nõ
possit sicut mõ. s3 ad iocũditatẽ vt.s.de/
lectatiõi visiõis ĩtellectualis addat dele/
ctatio visionis sẽsualis. Orbes celestes ⁊
sydera ꝓꝓ ĩpermixtiõez ⁊ nullã hñt ĩm
puritatẽ sic elemẽta. s3 tm̃mõ motus im
ꝑfectiõz ⁊ iõ inouabũt. s3 nõ purgabũt
Innouatio ỽo in illis duo reqrit.s.mot⁹
cessatiõez ⁊ celeritatẽ splẽdoris ampliorẽ
qñ stabit sol i oriẽte. ⁊ luna i occidẽte vbi
creati sũt. hui⁹ dicti hec ẽ rõ. q: corpora
supiora facta sũt ad vsũ hoĩs dupliciter.
Uno mõ ꝓꝓ necessitatẽ corꝑis.s.statum
gñatiõis ⁊ corruptiõis. ⁊ ideo cessante il
lo cessabit motus. Alio mõ ꝓꝓ delectatio
nẽ i pulchritudine creature ⁊ ꝓꝓ cogniti
onẽ i illis. iõ lux illorũ nõ cessabit s3 auge
bit. Circa elemẽta nota ꝙ terra erit sicut
cristallus ⁊ cõplanabit. Aer erit clarior
nec habebit ĩpressiões q̃s mõ h3. q: nõ
erũt nubes neq3 venti neq3 pluuie neq3
ros neq3 nix neq3 tonitrua neq3 fulgura
Ignis etiã ⁊ aqua sũt puriores ⁊ mane
bũt nõ solũ sm̃ subaz. sed sm̃ suas q̃lita
tes q̃s habebũt quãtũ ad habitũ s3 non

quãtũ ad vsũ. q: in his duob⁹ elemẽtis
cũ magis vigeãt q̃litates actiue.s. frigidi
tas in aq̃. ⁊ caliditas i igne magis sunt
gñatiõis ⁊ corruptiõis pricipiũ. ⁊ talis ef
fectus illorum nõ erit ampli⁹. ⁊ ꝓꝓ hoc
dicũt iterire. Uel sm̃ aliquos dr̃ hec
duo elemẽta iterire. q: dñs tũc itercidet
i illis iste Basilio sup ps. Uox dñi iterci
dẽtis flãmã ignis. ita ꝙ calidũ vstiuum
⁊ frigidũ glaciale tẽdẽt inferi⁹. ꝑspicuuz
ãt i aqua ⁊ lux i igne manebũt. q: de oĩ/
b⁹ elemẽtis ignobile tẽdet deorsuz. sicut
grossũ terrenũ ⁊ opacũ ac tenebrosuz ⁊
huiusmõi. Patet ergo ꝙ celum ⁊ terra
trãsibũt quãtũ ad formã s3 nõ quãtuz ad
subaz. Patet ex p̃dictis terminari trãs/
mutatiões elemẽtoꝝ ⁊ gñatiões aialium
⁊ plãtaꝝ. q: cãe istoꝝ cessabũt. ⁊ ꝓꝓ ista
dicũ elemẽta iterire nõ quãtũ ad subam
s3 quãtũ ad actiõz ⁊ passiõez. ⁊ corpora
celestia habita gete ⁊ lumie clariori dicũ
tur renouari. Uerũtñ illa que sicut dic/
ctum est saluabunt i homine q similitu/
dinem h3 cũ omni gñe creature. ꝓꝓ etiaz
hoĩs ĩnouatiõz ⁊ glorificatiõez pñt dici
oĩa renouari.

De penis inferni.

Caplm. 21.

Icut p3 diña potẽtia i creãdo. di
uina sapiẽtia in gubernãdo. diui/
na clemẽta i remunerãdo. sic pa/
tebit diuina iustitia ⁊ puniẽdo. Dignum
est eniz vt nõ remaneat dedec⁹ culpe si/
ne decore iustitie. Licet aũt pctm̃ sit trã/
sitoriũ. tñ erit pena ꝑpetua multiplici rõ
ne p̃ma q: peccauit i suo eterno. iõ punie
tur i eterno dei. 2. q: mã ignis ĩfernalis
ẽ eterna. sic ⁊ pctĩ macula iõ ⁊ pena. 3.
q: pctm̃ ẽ cõtra illũ q ẽ ĩfinitus. vñ ⁊ pe
na d3 et esse infinita. nõ qõ acerbitate sed
duratiõe. 4. q: hõ ꝑ pctm̃ ꝑimitit se bo/
nũ qõ posset esse eternũ. ⁊ iõ merito in/
currit malũ. 5. q: mala volũtas repro/
borũ eterna ẽ vellẽt.n.i pctõ si possent ꝑ
petuo delectari. ⁊ iõ ꝑpetuo debẽt puni
ri. 6. q: i ĩfinitũ errat cũ i iudicio p̃ponit
finitũ ĩfinito. silr cõcupiscibilis i appeten

do ⁊ irascibilis in adherēdo. vñ ⁊ meri-
to pena erit īfinita. 7. qꝛ dānatꝰ de pctō
ꝑpetrato nūq̄ȝ hēbit verā pniaȝ. iō deus
nūq̄ȝ mutabit punitiōis illiꝰ sniam. 8. est
qꝛ pctm̄ a vita ꝑpetua separat. s. a deo. iō
mortē ꝑpetuā pctōꝛ īcurrit. ¶Post rōnes
īducant̄ exēpla de eadē materia. Uide-
mus eniȝ ꝙ emptio momētanea dat ius
possidēdi ꝑpetuū. Itē vulneratio momē-
tanea dat mortē ꝑpetuā. Itē casus ī foue-
am tꝑalis q̄nq̄ȝ ē detētio ꝑpetua. Itē cri-
mē lese maiestatis tꝑale seruitꝰ ē ꝑpetua
Itē plaga tꝑalis ē liuoꝛ ꝑpetuus. Qm̄ in
pctō ē delectatō cū ꝯtēptu dei merito p̄ci-
pitat̄ pctōꝛ ī locū infimū ⁊ despectuȝ. ⁊
maxime a statu glorie dei elōgatū. s. infer-
nū. vt a despectis rebus puniat̄. s. a feci-
bꝰ corporū mūdanoꝝ. qꝛ ī nouatiōe mū-
di qcqd ē ignobile ī mūdo ad locū pc̄aꝝ
ꝯfluet. ⁊ ibi horrorē carceris mltiplicabit

De diuersitate penarū. Cap. 22.

c Um ī dānatis sit diuersitas pctō-
rū erit ⁊ diuersitas penaꝝ. Unde
cum in pctō sit auersio a creatore
⁊ ꝯuersio ad bonū cōmutabile. ⁊ deordi-
natio volūtatis cōtra dictamē rōnis. me-
rito pena variabit̄ ꝓpter ista. Uñ ꝓpter
auersionē erit carētia visiōis diuine sȝ ꝑꝑ
cōuersionē erit pena mālis incendii. ꝑꝑ
deordinatiōeȝ volūtatis erit pena vlis. q̄
ꝯsistit in afflictōe varia. acerba. ⁊ eterna
Ignis infernalis nō oēs eq̄liter cruciabit
sȝ ab eodē igne alii plus. alii minꝰ torque-
būt̄. ſm ꝙ plus ⁊ minus peccauerunt.
Sicut ab eodē igne aliter vrit̄ palea ⁊ ali-
ter lignū. Q̄uis aūt ignis ille sit corpore-
us nec possit agere in spm̄. ipm calefaciē-
do. agit tñ in ipm vt instr̄m diue iusticie
ipm ledēdo. ⁊ ille doloꝛ ē maximꝰ tū ꝑꝑ
potētiā diuine manꝰ ipȝ ignē mouētis. tū
ꝑꝑ sensibilitatē patiētis. tū ꝑꝑ īmediatio-
nē ꝯiūctionis. Infernus ē locus tenebro-
sus cū sit locꝰ iustitie. Lumē āt cū sit dele-
ctabile. cñ ingerit tristitiā ꝑ accidēs q̄nq̄ȝ
. s. iq̄ȝtū ōndit aliqd triste. Uñ in īferno ē
aliqd obscuri luminis quo vidē possint vñ
doleāt ⁊ nō vñ letēt̄ dānati. Reprobi vi-
dēt vsq̄ȝ ad diē iudicii glorīā beatoruȝ in
vli ñ ī ꝑticulari. qꝛ vidēt eos ī magna gl̄a
sȝ ñ clar̄ ī q̄li. De hꝰi visione āt nō letāt̄
sȝ tristant̄. tū ꝑꝑ inuidiā aliene felicitatis.
tū ꝑꝑ carētiā proprie beatitudinis. ¶Post
iustū ⁊ vltimū iudicium hoc eis subtra-
het̄ in pena eorū. cū videbūt ēt hoc aspe-
ctu indignos se reputari. In dānatis erit
fletus spūalis. s. doloꝛ interioꝛ. ⁊ nō fletꝰ
corꝑalis q ē cū re solōe lachrymaꝝ. quia
cessante motu celi nulla iā erit generatio
vl̄ corruptio. tñ erūt ibi illa q̄ nō st̄ corꝑa-
liter inspiciēda. s. ꝯprehēsio cerebri ⁊ for-
matio faciei ⁊ huiusmōi. Uermis quem
dñs in Isa. cōmiat̄ nequaq̄ȝ materialis
ē. qꝛ nullum aīal p̄ter hoiem remanebit.
Erit āt ibi v̄mis ꝯscie rodēs aīam ⁊ nō
corpus. In sūmo loco sola ē leticia In lo-
co infimo sola ē tristitia. In medio hoc ē
ī mūdo hec sūt mō ꝑmixta. ¶Post diem
iudicū tria loca tm̄modo erunt habitata
. s. celū. infernus. ⁊ limbus. Quot sūt lo-
ca penaꝝ Regre in ī li. 4. de descēsu xp̄i
ad inferos. Octo gn̄a penaꝝ in lege scri-
psit Tullius. s. dānū. vincula. verba. tali-
onē. ignominiā. exiliū. mortē. ſuitutem.
Hec oīa pn̄t penis infernalibus adapta-
ri. p̄mū pȝ qꝛ dānati amiserūt deū. ⁊ oīa
bona tā gr̄e q̄ȝ glorie. nō solū in re. sȝ ēt ī
spe. Isa. Nō remanebit testa vt hauriat̄
paꝝ aq̄ de fouea. s. diuine mīe. aut depor-
tet̄ igniculus de īcēdio. s. caritatis. qꝛ ſȝ
Iere. finita est estas. cūsumata est mes-
sis. De secūdo Ligatis manibꝰ ⁊ pedi-
bꝰ ⁊c. De. 3. ꝓuer. Matei ꝑcutiētes im-
piorū corporibꝰ. De. 4. Apoc. 18. Quā-
tū glorificauit se ⁊ in delitiis fuit tantum
date ei tormētū ⁊ luctū. De. 5. Isa. Oēs
facies cōbuste erūt. immotā ignominio-
suȝ erit corpus pctōris ꝙ aīa resumens
ipȝ stupebit. qñ tā terribile id videbit. ⁊
vellet habere tale sicut fuit. qñ comestuȝ
erat a vermibus. De. 6. Mat. Proiici-
te eū in tene. ex. De. 7. G. ibi mors sēꝑ
viuit. ⁊ hec sicut dicit̄. i. Apoc. erit mors
secūda. De. 8. Tre. ꝓnūciaruȝ priceps
facta est sub tributo. Nota ꝙ dānati sub
tributo penarū sꝑ seruiēt. ⁊ tñ nūq̄ȝ ꝑsol-
uēt. Ex predictis collige ꝙ erit ibi caloꝛ
ignis. stridoꝛ. tenebre. fumꝰ lachryme. in-
teriores aspectus demonū. clamoꝛ ipro-

ꝑñ.ariditas sitis.fetoꝛ sulphuris.vermis
ↄſcie.vicula.carcer.tioꝛ.doloꝛ pudoꝛ.i-
uidia.rācoꝛ.carētia visionis dīne ablatio
spei oīs salutis. Ipsū ēt eē qđ oīs cetera
appetit erit eis pena.qꝛ q̄rēt oēs moꝛtez
⁊ nō inueniēt.ibi erit sic ait. Dio.ꝑtua fā
tasia.demōes ↄcupiscētia.⁊ furoꝛ irasci-
bilis.

De dotib⁹ ī cōi. Cap. 24.

DOs i patria ē id qđ īmediate aīaȝ
deo cōiūgit.vt ē visio.dilectio.⁊
cōpꝛehēsio.Sūt eniȝ dona q̄dam
pr̄ie sicut ē sapiētia ⁊ intellectus q̄ lȝ deo
aīaȝ ↄiūgāt nō tñ sine habitu medio ⁊ ꝓ
pter hoc nō dicūť dotes ſȝ anime p̄mia
tiōes: Dotes eniȝ nō appellanť dona q̄
libet que dāť aīe in traductiōe sui in glo
riam.ſȝ dona pꝛecipua per q̄ ad actū vi-
te gloꝛiose disponiť.sic̄ i pn̄ti ñ appellať.
ꝓpꝛie dos qđcūq̄ȝ donū datuȝ sponse i
sua traductōe ſȝ donū p̄cipuū de quo su
ſtērari dēat. Dotes sūt duplices.q̄dā.n.
sť a ꝑte aīe.qb⁹ deo tāq̄ȝ p̄ncipio vite sue
siñ hītu medio ↄiūgiť.⁊ ꝑ q̄s traduciť
i āplex⁹ spōsi indissolubiles ⁊ frutiōes.
Quedā v̄o dotes sūt ex ꝑte coꝛꝑis qbus
ip̄ȝ coꝛp⁹ subiiciť aīe tāq̄ȝ p̄ncipio vite ne
ꝑ ip̄ȝ aīa ab actu gloꝛie retardeť. Notan
dū ēt ꝙ dotes aīe sūt de p̄mio subali·do
tes āt coꝛꝑis ð p̄mio accñtali. Christ⁹ do
tes ñ hȝ.qꝛ spōsus ē dos āt possessio spō
se ē q̄ vsū eiusdē hēbit p⁹ moꝛtē viri. Si
milr̄ nec āgeli dñr hr̄e dotes.qꝛ cū i nu
ptiis sit ↄsensus aioꝝ ⁊ vnio nārū ſȝ nō
est i āgelis.lȝ principiū hēant. Vñ angeli
nō ꝓsit dici spōse.vt hō.ergo nec dotes
ꝓpꝛie hēbūt. Spōsis carnalr̄ danť tria
.ſ.dos.donatio ꝑꝑ nuptias ⁊ parafrena
lia. Dos āt ē donatio facta sponse ex ꝑte
pr̄is.⁊ hoc ad vsū spōsi ꝑꝑ onera matri
monii.ſȝ ad possessionez spōse. In diuis
āt deus pr̄ dat spōse dotē ad possidēdū
spōsū xp̄ȝ ad gloꝛiā ⁊ honoꝛē ⁊ ñ ad vsū
qꝛ bonoꝝ nr̄oꝝ ñ eget. Donatio āt ꝓpť
nuptias ē q̄ a spōso dať spōse.⁊ hoc erit
in futuro gaudiū qđ hēbit aīa in vision
xp̄i hoīs. Parafrenalia ē qđ hȝ spōsa ꝑ
ter dotē sic̄ sť munera q̄ dāť sibi ab ami-
cis ⁊ huiusmōi. Istđ erit i pr̄ia ꝑ gaudiū
qđ habebit aīa de societate beatoꝝ ⁊ de
cōgratulatiōe felicitatis eoꝛū.

De dotib⁹ aīe in gn̄ali. Cap. 25.

DOtes aīe sť tres.ſ.cognitio.dile-
ctio.⁊ ↄphēsio.siue tētio.q̄ a qbus-
dā appellať cōꝑhēsio.a qbusdaȝ
v̄o fruitio. Haꝝ dotiū numer⁹ mltiplr̄
accipiť.p̄mo ex ꝑte v̄tutū theologicaꝝ qꝛ
cognitio succedit fidei.dilectio caritati cō
ꝑhēsio āt spei. Accipiť alio mō ex ꝑte po
tētiaꝝ aīe. Cognitio āt p̄t appropꝛiari in
telligētie.dilectio volūtati.ↄpꝛehēsio me-
moꝛie. Appropꝛiāť ēt a qbusdā aliis tri-
b⁹ potētiis.ſ.rōnali.cōcupiscibili.⁊ ira-
scibili. Pn̄t ēt p̄dicte dotes accipi ſȝ tria
q̄ trib⁹ ꝑsonis appropꝛiāť.ita vt cōpꝛe-
hēsio respiciat pr̄is potētiā. Cognitio filii
sapiētiā.⁊ dilectio bonitatē spūs sci. Cir-
ca istas dotes nota ꝙ cognitio rei vise i se
ponit pn̄tiaȝ.ↄphēsio ponit rei cōtingen
tiā.dilectio ponit amantis ad rem ama-
tā colligātiā.

De dotib⁹ aīe i spāli.ca.26.

PRima dos aīe ē cognitio q̄ dīna
eēntia videbiť tota ab oib⁹.ſȝ nō
totalr̄ ꝓut ē īfinita. Videbiť tamē
dīna eēntia limpidi⁹ ab vno q̄ȝ ab alio.⁊
iste defect⁹ erit ex ꝑte vidētis nō visi.qꝛ
idē erit visū. Btitudo nāq̄ȝ ↄsistit i ꝑfe-
cta oꝑatiōe potētie altissime.ſ. ītelligētie.
⁊ circa obiectū altissimū.ſ.deuȝ. Ex ꝑte
igiť obiecti cū sit vnū simplicissimū nul-
la p̄t eē diuersitas.ſȝ ex ꝑte potētie. Nā i
quātū vna potētia magis ē ꝑfecta lumie
glr̄e q̄ȝ alťa.tāto ꝑfecti⁹ oꝑabiť circa vnū
⁊ idē subm̄.siue obiectū.sic̄ idē sol diuer
simode a diuerſ aspiciť vl̄ eadē lr̄a a di
uerſ legētib⁹.ſȝ ꝙ ocl's ē magis vl̄ mi
n⁹ disposit⁹.trib⁹ mōis cognosciť aliqd
qđ ē.vl̄ sic̄ ē.vl̄ qd ē.pꝛio mō cognosciť
de⁹ i via ēt a mal.2.mō videbiť i pr̄ia a
bōis.vñ Jo.i.sites ei erim⁹.qm̄ videbi
m⁹ eū sicuti ē.i.suā maiestatē.claritatē ⁊
bōitatē.3.mō nec a bonis videbiť nec a
mal' nec i via nec i pr̄ia.qꝛ finitū nūq̄ȝ vi
debit īfinitū.videbim⁹ tñ deū i se ⁊ deū
i nob.⁊ nos i đo. Cognoscē āt deū i sua
eēntia ē visio mēidia.cogno.v̄o creatu.i
v̄bo ē vi.matu.ſȝ cogno.creatuāȝ i se h̄ ē
i ꝓp̄o gn̄e appellať visio vesꝑtia.videbit
vn⁹ q̄sȝ cogitatōes alti⁹ ꝓut vl't ipse cogi

tans manifestat. Vñ. G. Vniuscuiusqꝫ
mentẽ ab alterius oculis corpulẽtia nõ
abscõdet. Videbũt itaqꝫ iusti deum vt
gaudeant. videbũt gloriã scõꝝ vt ꝯgau-
deant. videbũt quoqꝫ penas reproboꝝ
vt de euasione pꝉiculoꝝ grãs agant. Ad
scḋm quãr deus sine medio videat no
ta ꝙ triplex est mediũ. s. differẽs. obnu
bilãs ⁊ disponens. Sine medio igit dif-
ferẽte videbit deus. qꝛ dei visio nõ est ꝑ
distantiã. sed ꝑ pñtiã cũ ipse sit eẽntialit
vbiqꝫ videbit sine medio. obnubilante
qꝛ tollet speculũ ⁊ enygma que ambo
sunt in via. Cum. n. visus noster in pñti
nõ posset ꝓpter debilitatẽ in tam excellẽ
tem lucẽ figi. necesse est hr̃e mediũ. s. spe
culũ creature. qꝛ vero infinita est distãtia
inter speculũ ⁊ rẽ visam. ꝓpter hoc ob-
scure relucet sibi siĺitudo. vñ videmus i
enygmate. i. obscure. Videbit quoqꝫ si
ne medio siĺitudinarii. qꝛ ds cognoscit i
seipso ⁊ nõ ꝑ aliquã abstractã siĺitudinẽ
alias creatura esset terminus ⁊ deus nõ
esset vere finis oĩuꝫ. Nõ aũt videbit de
us sine medio disponẽte quod est grã ⁊
gloria. Oportet. n. ꝓpõnẽ esse inter vidẽ
tem ⁊ visuꝫ. hec aũt dispositio est ex ꝑte
vidẽtis ⁊ nõ rei vise. Sciendũ ꝙ multi
plex est mediũ. ¶ Primũ est pcti Isa. pec
cata vr̃a diuiserũt inter vos ⁊ deũ vr̃m
istud est mediũ ipioꝝ. Scḋm est mediũ
creature. Apo. Inuisibilia dei a creatura
mũdi ꝑ ea que facta sunt cognosci possũt
hoc est mediũ phoꝝ. Tertiuꝫ est figure
Apo. Oĩa in figura ꝯtingebãt illis. hoc ẽ
mediũ ꝓphetaꝝ ⁊ pr̃iarchaꝝ. Quartuꝫ
est medium scripture. ps. Declaratio
smonũ tuoꝝ illu. ⁊ intelli. dat par. hoc ẽ
mediũ theologoꝝ. Quintũ est mediũ fi-
dei. Apoc. Esto fidelis vsqꝫ ad mor. ⁊c.
hoc est mediũ fideliũ quo tanq̃ in enyg
mate vident deũ. Scḋa dos aĩe est dile
ctio. sed inter dilectionẽ ⁊ virtutẽ dr̃a est
duplex. Vna est sm hitum. qꝛ virtus ẽ
ꝓprie id qḋ trãsitur ad statũ grẽ ad sta-
tum glorie. Dos aũt est id qḋ supra me
ritum dat in traductione sponse. Alia ẽ
differentia penes obiectum vtrobiqꝫ sit
nõ tñ sm ꝙ deus. sed erit obiectũ virtu
tis inq̃ntum est sũma bonitas. obiectum
aũt dotis est inq̃ntum est ipsa aĩa vnibil
in vnũ spũ. Nota ꝙ fides ⁊ spes sꝫ rẽ
euacuabit in patria. Charitas nec sꝫ rẽ
nec sm actũ euacuabit. sed solũ sm mo
dum. qꝛ imꝑfectio eius tollet. Dicit aũt
Aug. ꝙ fidei succedit spes quã videbi-
mus. Spei vero succedit beatitudo ad
quã ꝑueniri sumus. sꝫ charitati nihil suc
cedit. qꝛ potius augebit. Tertia dos aĩe
est ꝯprehensio q̃ est tentio visi ⁊ amati.
vel tentio veri ⁊ boni ⁊ primi. ⁊ istud ve
rum est ꝯprehendere sumit ꝑ attingere
⁊ nõ ꝑ circũplecti diuinã imẽsitatem.

De dotibus corporis in generali.
Capl'm. 27

V Naqueqꝫ ps ꝑfectius se hꝫ i suo
toto q̃ se. Vñ nũc sicut aĩa a cor-
pore corruptibili seperata perfe-
ctius habet esse q̃ ei cõiuncta. sic in futu
ro recõiuncta corpori in corruptibili ꝑfe
ctius habebit esse q̃ modo. maxime cuꝫ
nõ impediat. tũc a corpore sicut modo.
quin potius ꝺ glorificatõe corpis habebit
tũc gaudiũ. Dotis corporis sũt quattuor
quarũ numerus sic habet. Nã ad hoc
ꝙ corpus sit perfecte subiectum anime
nec impediat eam in operibus glorie q̃t
tuor requiruntur. quorum duo ꝑtinent
ad sensum. alia duo pertinent ad motuꝫ
quo ad sensum requiritur ꝙ sit recepti-
bile faciliter specierum sensibiliuꝫ ad qḋ
disponit charitas. Alterum vt non sit re
ceptibile passionum ignobiliuꝫ ad quod
disponit impassibilitas. quo ad motum
etiam duo requiruntur. Unum est vt
per contrariam inclinationem non resi-
stat suo motori. ad quod disponit agilitas
Aliud vt corpora per que mouetur non
resistant ei. ad quod disponit subtilitas.
Alia differentia talis est. quia in homine
est quadruplex compositio. ¶ Prima est
qualitatum contrariarum. hec compo-
sitio tunc erit perfecta. quando quali-
tates ita equabuntur. vt nulla sit pugna

vnius cõtra aliã. ⁊ hec faciet impaſſibili tas. Secũda cõpoſitio ẽ materie cũ for- ma. hec aũt cõpoſitio tunc erit ꝑfecta. qñ materia vincet a forma. penes hãc ꝑfecti onem ſumit̃ ſubtilitas. Tertia cõpoſitio ẽ corꝑis organizati cum aĩa. ꝑfectio iſtius cõpoſitiõis eſt ꝙ oĩa organa ſine ĩpedi- mẽto ſint mobilia ab aĩa. penes hãc ꝑfe ctiõez ſumit̃ agilitas. Quarta cõpoſitio ẽ corporis cũ ſpiritib⁹ lucidis. qb⁹ moue tur corpus ab aĩa. ⁊ huic ꝑfectiõi ſm ꝑ- fectũ ſtatũ rñdet claritas. Tertio ſumit̃ ꝑdictarũ dotiũ numerus ſm ꝓprietateſ q̃ ſũt in elemẽtis. Nã penes ãque tran- ſparẽtiã ſumit̃ claritas. penes terre ſoli- ditatẽ ſumit̃ ĩpaſſibilitas. penes tenuita- tẽ ignis ſumit̃ ſubtilitas. penes mobilita tẽ aeris ſumit̃ agilitas. Quarto ſumunt̃ iſte dotes ſm quattuor defect⁹ quos hꝫ corpus humanũ a quattuor elemẽtis de qbus cõponit̃. Hꝫ eñi corpus humanũ ab igne calamitatẽ ⁊ inde nigredinem. a terra groſſitiẽ. ab aere paſſibilitatem. ab aq̃ frigiditatẽ. ⁊ ĩde tarditatẽ. Sꝫ iſti tol- lunt̃ ꝑ quattuor dotes corꝑis q̃s xp̃s aſ- ſumpſit añ paſſionẽ ſuaꝫ ſicut Hugo de ſcõ vic. dicit. Claritatẽ in trãſfiguratiõe Agilitatẽ qñ ſupra mare ãbulauit. Supti litatẽ in natiuitate. q: ſalua virginali inte gritate mr̃is natus fuit. Impaſſibilitatẽ quãdo in cena corpus ſuũ mãducãdum diſcipulis dedit qđ intelligẽdũ ẽ ſꝫ actuꝫ nõ ſm habitũ. q: aliter derogaret̃ diui- nis miraculis.

De dotib⁹ corporis in ſpãli.

Caplm. 28.

P Rima dos corꝑis ẽ claritas. Sed nota ꝙ dicit̃ aliqd clarũ dupliciť aut q: ꝑuiũ ⁊ ſic dicit̃ vitrũ clarũ aut q: lucidũ. ⁊ ſic dr̃ ſtella clara. Corp⁹ aũt glorificatũ ⁊ erit ꝑuiũ ⁊ lucidum. vñ vtroqꝫ mõ erũt corꝑa clara. Duo enim ſunt que nũc cauſãt obſcuritatẽ in huma no corꝑe. Vnũ eſt materie ĩpuritas. Alte rũ luminis paucitas. Tũc vero tolletur vtraqꝫ. ſ. illa ĩpura denſitas. ⁊ obſcuri- tas q̃ ex modicitate luminis eſt. ⁊ ideo erũt corꝑa clariſſima. Nota ꝙ corꝑa glo rificata ſepties erũt tũc clariora q̃ꝫ ſol ſit mõ. ſicut dñs ait. q: iuſti fulgebũt ſicut ſol. Iſa. Erit lux lune ſicut lux ſol. ⁊ lux ſolis ſeptẽpliciter ſicut lux ſeptẽ dierum. Sciẽdũ quoqꝫ ꝙ corꝑa ſcõꝝ nõ equalr̃ erũt clara. q: melior anima habebit cor pus lucidius. Vnde lꝫ corpus xp̄i ſupra modũ excedat claritatẽ alioꝝ. tñ in cõpa ratiõe ſanctorũ põt claritas ei⁹ aſſimila ri claritati ſolis. ſm id Vobis timẽtibus nomẽ meũ oriet̃ ſol iuſticie. i. xp̃s Clari tas ſanctorũ põt reſpectu chriſti cõpara ri claritati ſtellarũ. Vnde Apo. Stella a ſtella differt in claritate. hoc eſt ꝙ ſancti plus vel minus lucent ſm differẽtiã me ritorũ. Claritas vero pueroꝝ q poſt ba- ptiſmũ moriũt̃ anteq̃ꝫ veniãt ad annos diſcretionis cõꝑari põt lumi lune. q: ſi- cut luna nõ hꝫ lumẽ a ſe. ſed a ſole. ita iſti nõ hñt gloriã ex merito ꝓprio ſꝫ ex me rito xp̄i. Baptiſmus. n. ex paſſiõe xp̄i hꝫ efficaciã. 2. dos corꝑis ẽ ĩpaſſibilitas que reſultat ex virtute aĩe corpus ſuũ poten- ter ꝯtinẽtis. ita vt a nullo exteriore agẽte valeat imutari. Preterea q̃uis corpora ſcõꝝ ſint cõpoſita ex cõtrariis. illa tñ cõ- trarietas erit ad omnimodã equalitateꝫ ⁊ cõcordiã redacta. Dixerũt qdã ꝙ im- paſſibilitas ſcõꝝ corpoꝝ reſultabit ex na tura q̃nti corꝑis. i. q̃nte eſſentie. Sed hoc nõ eſt veꝝ. q: nihil de q̃nto corꝑe venit ĩ cõpoſitione materialiũ corpoꝝ inferiorũ Differẽtia eſt inter impaſſibilitatẽ corpo rũ ſanctorũ ⁊ ade in ſtatu inocẽtie ⁊ pue roꝝ. q: impaſſibilitas ſcõꝝ erit nõ poſſe pati. Impaſſibilitas Ade fuit poſſe non pati. Impaſſibilitas pueroruꝫ erit nihil pati. ⁊ hoc nõ ẽ ex potẽtia reſiſtẽdi leſio- ni extrinſece quã nõ habebũt. ſꝫ ex ordi- ne diuine miſericordie q̃ nõ ꝑmittit aliqd eis adhiberi per qđ poſſint ledi. Ex quo patet ꝙ ſi tales pueri ponerent̃. ad igneꝫ poſt reſurrectionem lederentur ab eo ni- ſi obſtaret diuina miſericordia. Secus ẽ de corporibus glorificatis q̃ ſi ẽt ponerẽ- tur in inferno nõ ſentirẽt aliquã leſioneꝫ

Suptilitas est tertia dos que aufert grossitiē corpis tātā ex materialitate elementi ⁊ ex ꝯpositiōe elemētaliū qualitatū. Nota ꝙ duplex ē subtilitas. Una. s. ex raritate ptiū stātiū nō ꝓpinque sꝫ ex tali subtilitate efficit corpus facile diuisibile q̄ nō erit in corpib⁹ glorificatis. Alia est ex pfecta victoria forme sup materiā ⁊ hui⁹ subtilitas est vnite sube. sicut dr celū subtile. hoc mō erūt corpa sanctoꝝ subtilia. Et ē sciēdū ꝙ duo corpora nō glorificata non pñt eē simul in eodeꝫ loco. sicut nec duo glorificata. Alioqn sequeret ꝙ in vno corpore glorificato eēt potētia intrandi ptes alteri⁹ corpis. in alio vo eēt ipotētia resistēdi Corpus vero glorificatū pōt esse silēcū corpe glorioso. ſm dictū antiquorum qd tñ nec fides hꝫ nec auctoritas ⁊ ratio cōtradicit. hñt tñ aliqd apparētie pro se. Nā sicut i corpib⁹ nō gloriosis ipa grossities ipedit ne duo corpa possint eē i eodē loco q: vnum alteri resistit. ita grossities ista p glorie subtilitatē tollet adeo ꝙ corpus nō gloriosū nō possit resistere glorioso. ita ꝙ corpa gloriosa penetrabunt alia corpa nō ea diuidēdo. sꝫ subitrando manēte distictiōe diuisionū vtriusqꝫ corpis Quarta dos corpis est agilitas q̄ tāta erit sicut dicit Aug. ꝙ ptinus vbi vole spūs ibi erit corpus. Uerūtñ sicut melior anima corpus habebit lucidius. ita ⁊ agili⁹ ita tñ ꝙ volūtas sanctoꝝ erit cōiūcta omnino rōni. Unñ volūtas eorū nūq̄ꝫ appetet qd nō dꝫ. Sed volūtas aie melioris vo let rōnabiliter citi⁹ moueri corpus suū q̄ꝫ alterius. ⁊ spūs minoris glorie nō volet corpus suū tā cito moueri sicut alterius. Unde pꝫ ꝙ i oīb⁹ verificabit dictū Au. ꝙ vbi volet spūs ptinus erit corp⁹ Quare mō corpa sunt tarda ⁊ tūc agilia. hec ē rō. q: nūc i corpore duplex ē motor. s. natura elemēti pdominās q̄ mouet ad mediū locū. ⁊ volūtas aie q̄ mouet indifferenter ad quēlibet locū. Nūc autē corpa tarda sūt ex ꝯtraria inclinatiōe nature ad volūtatē. q: terra pdominās naturaliter deorsum trahit. In futuro autem natura erit totaliter subiecta volūtati. vnde ⁊ tūc corpus mouebit ad impiū spūs.

De aureolis in gñe.

Capl'm. 29.

a Ureola ē mētis spāle gaudiū veniēs ex ope pcellēti ⁊ priuilegiato. Sciēdū aūt ꝙ sicut ex gaudio premii eēntialis qd est aurea redūdat in corpore qdā decor q ē in gloria corpis ita ex aureole gaudio resultat aliqd in corpe. vt sic aureola principaliter sit i mēte sed per quādā ai redūdantiā fulget etiā in carne. Sciēdū tñ ꝙ decor cicatricū q i martyrū corpibus appebit. nō pōt dici aureola. q: martyres aliq cicatrices nō hēbunt vtpote q submersi sūt vel q famis inedia vl' squalore carceris interēpti. ⁊ isti tñ aureolā hēbunt. Tribus gñib⁹ boium debet aureola. qd pꝫ multiplici rōe. Primo ex operib⁹ excellētib⁹ triū aie potentiaꝝ Excellētissimū aūt opus ꝯcupiscibilis est obſuatio castitatis virginalis. Excellētissimū vo opus rōnalis est pdicatio veritatis. Excellētissimū opus irascibilis ē perpessio mortis. Unñ pꝫ ꝙ virginibus pdicatorib⁹ ⁊ martyrib⁹ debet aureola 2. pꝫ ex hostib⁹ quos p pugnas magnificas vincim⁹ q sūt mūd⁹ caro demonia Martyres. n. vincūt mūdum. Uirgines carnē. Predicatores diabolū quē nō solū de se. sꝫ ēt de cordib⁹ alienis expellūt. Tertio pꝫ id p victoriā triplicū passionū Sūt. n. passiones inate illate ⁊ in cordib⁹ alienis inflicte. sꝫ passiones innatas supe rat virginitas illatas martyres. illas aūt q̄ sūt in cordib⁹ alienis pdicatores. Quarto distinguunt aureole ſm ꝙ agimus ea qb⁹ xpo nobilissime cōformamur. Ipse fuit doctor veritatē manifestādo. Martyr a mūdo passionē sustinendo. Uirgo puritatē seruādo. Quinto sumunt aureole ſm purificatiōem in veteri testō. tria nāqꝫ hēbāt aureolas. s. altare incēsi arca federis. ⁊ mēsa ꝓpositiōis pma significat aureolaꝫ martyꝝ q corpa sua sup altare passionis imolauerūt. Scda significat aureolā virginū. q: sicut archa federis fa

ſt íntus ⁊ extra auro decoꝛāta. ita virgini
tas mētē ⁊ coꝛpis decoꝛat ⁊ oꝛnat. Ter/
tia ſignificat aureolā ꝑdicatoꝛū qui ſūt in
mēſa ꝓpoſitiōis miſtrātes panē doctrine
Aureola diminutiue dicit̄. ⁊ hoc i cōpa
ratione ad aureā. Vñ notā ꝙ inter aure/
am ⁊ aureolā. ⁊ palmam dr̄ia ē. Aurea
eniꝫ ꝑmiū eſt ſubſtātiale. qḋ metaphoꝛi
ce dicit̄ coꝛona. tū ex ꝑte meriti. qꝛ nō re
ſpōdet generi opis. ſed radici charitatis
tū etiā ex ꝑte ꝑmii. qa ꝑ hoc efficit̄ hō ꝑ/
ticeps diuinitatis. ⁊ ꝑ ꝯſ͞s regie ꝑtātis.
tū ēt rōne perfectiōis qḋ ſignificat figu/
ra circularis Aureola dicit̄ premiū acci/
dētāle. nō tamen quodlibet ꝑminꝫ acci/
dentale ſed illud qḋ rñdet operi excellētie
⁊ priuilegiato. ſ. virginitati martyrio. ⁊
ꝑdicatōi Palma ē ꝑmiū accñale qḋ nec
radici nec opi debet̄ ſꝫ volūtati. Tale ꝑ
miū habuit ſcūs martinꝰ ex eo ꝙ marty
riū deſiderauit lꝫ opus nō fuerit ſubſecu
tū. Vñ de ipſo cātat̄. Quā ⁊ ſi gladiꝰ ꝑ
ſecutoꝛis. ſ. aīam nō abſtulit tñ palmam
martyrii nō amiſit. Hec aūt palma nec
aurea nec aureola dꝫ dici.

De aureolis in ſpecie.

Capl̄m. 30.

Aureola ꝑma debet̄ martyribꝰ ī q
bus ꝑfectiſſima victoꝛia ē de ipu/
gnatiōe exteriori. ⁊ hec ꝑfectio victoꝛie
ꝯſiderat̄ ex duobꝰ. ꝑmo ex magnitudie
paſſiōes qa iter oēs paſſiōes illatas exte
riꝰ moꝛſ ſuꝑmū tenet locū. Et ꝑterea do
loꝛ tactꝰ oībꝰ aliis doloꝛibꝰ ꝑeminet. ⁊ iō
i h̄ gloꝛioſioꝛ victoꝛia ē. Scḋo ꝯſiderat̄
ex cā pugne q̄ ipſe xp̄s eſt. Martyrē. n.
nō facit pena ſꝫ cā. i. moꝛs ꝑꝑ xp̄m ſuſce
ꝑta. Sciēduꝫ ꝙ martyrio nō debetur
premiuꝫ ſm ꝙ ab exteriori infligit̄. ſed
ſꝫ hoc ꝙ volūtarie ꝓ xp̄i nōie ſuſtinetur
qa nō meremur niſi ꝑ ea que ſūt in no/
bis. ⁊ nō per ea que ſūt extra nos. ſicut
nec demeremur niſi ꝑ ea que ſunt intra
nos. Quanto āt id qḋ quis ſuſtinet vo/
luntarie difficilius eſt voluntati ſuſtinere
tāto volūtas que ꝑꝑ xp̄m id ſuſtinet oñ/
ditur firmius in xp̄o fixa. ⁊ ideo excellē/
tius ei ꝑmiū debet̄. Aureolā ſecūda de/
bet̄ virginibꝰ ꝓpter ſingularē victoriaꝫ
quā de carne obtinēt cūtra quotidie bel/
lū gerit̄. Quāuis āt ⁊ vidue pugnēt con
tra carnē ꝑfectius tñ virgines qꝛ nobiliſ/
ſimū genꝰ victorie ē nunq̄ꝫ hoſti ceſſiſſe.
Illis virginibꝰ tm̄mō debet̄ aureola q
vel q̄ habuerūt ꝓpoſitū ſuādi virginita
tē. q̄ꝫuis hoc ꝓpoſitū ſit interruptū inte
gritate tñ carnis manente. dūmō in fine
vite inueniat̄ ad ꝓpoſitū rediiſſe. qꝛ vir/
ginitas mentis reꝑari pōt. ſed nō virgi
nitas carnis. Si aliq̄ ſit virgo ⁊ ſi ꝓpoſi
tū nō hūit ꝑpetuo ſeruādi virginitatem
nō eſt tñ dubiū qn hitura ſit ſpūale gau
diū ḋ icoꝛruptōe carnis ſuꝑ eēntiale gau
diū. ſicut ēt innocentes de hoc gaudebūt
quia immunes a peccato fuerunt q̄ꝫuis
peccati oppoꝛtunitē nō habuerūt. Nota
ꝙ aliqua pōt coꝛrūpi carne. nec tamē au
reolā amittit ſicut illa q̄ violenter oppri/
mit̄. Vñ Lucia ſancta dixit. Si inuitaꝫ
me corrūpas merceſ mihi duplicabitur
ad coronā. qḋ nō eſt intelligēdū de au/
reola duplicata. ſꝫ qꝛ duplex ꝑmiū repoꝛ
tabit. Vnū ꝓ integritate ſuata. Aliud ꝓ
iniuria quā paſſa eſt. Inſuper ſciendum
eſt ꝙ virginibꝰ debet̄ fructꝰ cēteſimꝰ. ⁊
hoc qꝛ celeſtē vitā dicūt q̄ ſignificat̄ ꝑ cē
tū. qꝛ numerꝰ ille de leua trāſit ad dexte
rā. Viduis debet̄ fructus ſexageſimus
quia tales exercere ſe debent in operibꝰ
miſericoꝛdie que ſignantur per ſexagin/
ta. Coniugatis autē debetur fructus tri
geſimus. quia talibus ſufficit implere de
calogum in fide trinitatis. Ex ductu. n.
ternarii in denariuꝫ fiunt triginta. Aureo
la tertia eſt predicatoꝛum. quia ꝑfectiſſi
ma victoꝛia cōtra diabolū obtinet̄. quan
do diabolo impugnāti nō cedit. ſed etiā
ipſum de regno eius expellit. ⁊ nō ſoluꝫ
a ſe ſed etiam ab aliis. Nec eſt dicenduꝫ
vt qdam voluerūt ꝙ aureola a ꝑdicato/
ribus debeatur tantūmodo illis quibus
cōpetit ꝑdicare ex officio ⁊ docere. ſed q
buſcūqꝫ exercētibꝰ licite actū iſtū. Prela
tis āt ñ ḋbet̄ h̄ aureola q̄ꝫuis hēant offiū

predicandi nisi actu pdicēt. q2 aureola nō debet habitui. sed actui pugne. fm illud apostoli. Nō corōabit nisi q le. cer. Predicare ⁊ docere cum sit actus misericordie inter spirituales elemosynas cōputat.

De enumeratione celestium gaudiorū. Capl'm 31

Ultimo celoꝝ gaudia sub epilogo enumeremus nō qdē singula generū. sed gnā singuloꝝ. tot. n. sūt gaudia pticularia q̄ qlibet hꝫ in se vel in aliis. ꝙ ea solius dei noticia comprehendit. ⁊ illi quos sūma sapiētia voluerit ea scire. Tātū nāqꝫ gaudebit qsqꝫ d̄ bono alterius qūtū de bono pprio. ꝙ tn̄ nō ē itelligēdū de intētione gaudii. sed de numero gaudioꝝ. Tot igit sunt gaudia ibi ꝙ oēs arithmetrici huius mūdi nō possent ea numerare. nec geometrici mensurare. nec grāmatici dialetici ⁊ rhetorici explicare. q2 nec ocul' vidit. nec au. audi. ⁊c. Gaudebūt sci supra se de dei visione ⁊ infra se de craturarū pulchritudine. intra se d̄ corporis glorificatione. extra se de angeloꝝ ⁊ hoīum associatione. Deus oēs sensus spūales ineffabili delectatione reficiet cū ipse sit futurus obiectum oīum sensū spūaliū. Erit nāqꝫ deus speculum visui cythara auditui. vl' gustui balsamū olfatui. flos tactui. Ibi erit cādor lucis estiualis. amenitas vernalis abūdantia autumnalis. requies hyemalis. Ibi teste Aug. fulget qd̄ nō capit locus. sonat qd̄ nō capit tps. olet. qd̄ non spergit flatus. sapit qd̄ nō minuit edacitas. nō erit qd̄ diuellat satietas. Itē Aug. Ibi deus videbit sine fine. sine fastidio amabit. sine fatigatione laudabitur. Ibi videretur stultitia sapientia salomonis. Ibi esset deformitas pulchritudo absalonis. Ibi esset tarditas velocitas asaelis. Ibi iudicaret ifirmitas fortitudo sansonis. Ibi eēt mortalitas longa vita matusalē. Ibi esset paupertas regnū augusti. Ibi fm Augu. nihil obest nihil deest. affluit. nihil defluit. nihil est extra qd̄ nihil intra qd̄ fastidiatur Ibi fm Ber. erit rōni plenitudo deus. lux volūtati. multitudo pacis. memorie cōtinuatio eternitatis. Itē Augu. de corporis ⁊ aīa misera vita. O caro illā vitā amplecti d̄buisti vbi vita sine morte. vbi iuēt' sine senectute. vbi lux sine tenebris. vbi gaudiū sine tristitia. vbi pax sine discordia. vbi volūtas sine turbatiōe. vbi rgnū sine mutatōe. Ber. Merces scōꝝ tam magna est ꝙ nō pōt mēsurari tam multa ꝙ nō pōt numerari. tam cupiosa ꝙ non potest finiri. tam preciosa ꝙ non potest estimari. Itē Augu. Illud quod pmittit deus fide nō capit. spe nō attingitur. caritate nō cōprehendit. desideria ⁊ vota trāscendit. acquiri pōt. estimari nō pōt. Ibi carmina nō desunt. pmia nō deficiūt. ibi nihil qd̄ amabit deerit. ibi nihil desiderabit qd̄ nō adsit. illa beatitudo sicut ait Aug. in duobus cōsistit. s. in necessaria pñtia oīs boni. ⁊ in necessaria absētia oīs mali. Itē Aug. O vita vitalis dulcis ⁊ amabilis ⁊ semp memorabil. vbi sūma securitas. vbi secura trāqllitas. vbi tranquilla iocūditas. vbi iocunda fallicitas. vbi felix eternitas. vbi eterna beatitudo. vbi beata certitudo. vbi certa visio ⁊ sine fine laudatio. Ibi affluentia diuitiaꝝ influentia delitiaꝝ ⁊ cōfluētia bonorum. Deniqꝫ de gaudiis celestib' repleat nos dei filius qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus. Amen.

Explicit compendium theologice veritatis. Jpressum Venetiis per Symonē alias beuilaqua Papieñ. 1492. die 10 Octobris.

Registrum.
a b c d e f g h i k l
Omnes sunt quaterni.